אֵל
לִישׁוּעָתֵנוּ יְהוָה
הוּא
לִישׁוּעָתְךָ קִוִּיתִי יְהוָה
מוֹרִיָּה
מָשִׁיחַ רוּחַ יְהוָה

אֲנִי וֶענְצֶיל לַאוּס קְלַאנִיכְטֶס

XXXIII Ex E 8
Bibliotheca Capituli
Ritus graeco catholici
Premisliensis.

БІБЛІОТЕКА
ГР. КАТ. КАПІТУЛИ
в Перемишлі
ч 1057 int.

Me poſsidet
Johannis Gottlobius
Blümelius.

Hunc Librum dono accepi
a Domino R Andrea Gottlobio Belingio
Rectore Semin. Glogovienſ.
Anno 1755

306

סֵפֶר הַשָּׁרָשִׁים׃

HOC EST,

LIBER RADICUM SEU LEXICON EBRAICUM, IN QUO

OMNIUM VOCABULORUM BIBLICOrum propriæ ac certæ redduntur ſignificationes, cum vera & dilucida multorum locorum ſcripturæ ſacræ explicatione.

Adiecta eſt plerisq; Radicibus Symphoniacarum linguarum deriuatio.

Denuò auctus, & recognitus.

AUTORE

D. JOHANNE AVENARIO EGRANO.

PSALMO XXV.

תֹּם וָיֹשֶׁר יִצְּרוּנִי כִּי קִוִּיתִיךָ׃

EX LIBR. IOAN. LADOMERSZKY ARCHID. E. C. P.

Cum gratia & priuilegio.

VVITEBERGÆ

PER HÆREDES IOHANNIS CRATONIS.

[illegible]
Abr. Hoffmanni.

ANNO

M. D. LXXXIX.

P. XVI. 830

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRISTIANO, DVCI SAXONIAE, SACRI ROMANI IMPERII

Septemuiro, Landgrauio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ &
Burggrauio Magdeburgenſi &c. Domino
ſuo clementiſsimo.

NVLLVS PROCVL DVBIO LIBER inter publica extat monimenta, cuius lectio quotidiana vniuerſo hominum generi vtilior eſſe poſsit, quam ſacrarum literarum, quæ ſolæ, Paulo Apoſtolo teſte, erudire nos poſſunt ad ſalutem, per fidem in Chriſtum Ieſum. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad doctrinam, ad redarguendum, ad correctionem, ad diſciplinam iuſtitiæ, vt integer ſit homo diuinus ad omne opus bonum perfectè inſtructus. Hæc Biblia ſacra cum quælibet ætas, inprimis verò adoleſcentior, nunquam de manibus deponere debeat, & ad ipſorum fontes, qui ab Ebræis dimanant, fructuoſe legendos, magnum afferant momentum Lexica, in quibus non tantum certa & propria ſignificatio vocabulorum Biblicorum indicatur, cauſaq; cognationis & diſcriminis thematum Ebraicorum redditur, ſed etiam verus locorum obſcurorum ſenſus explicatur: Meritò ſtudium & opera virorum eruditorum prædicatur, qui in huius generis commentarijs adornandis & illuſtrandis plurimum occupati fuerunt. Cuiq; enim diuinitus iniungitur, vt talentum à DEO concreditum ſibi, collocet bene, & aliquando rationem quaſi, teſtimoniumq; eorum, quæ adminiſtrauerit, aut geſſerit reddat & oſtendat. Ad me quod attinet, ſemper fui paratus ad ſeruiendum quibuſcunq; potui, præcipue verò ad Rempublicam Chriſtianam iuuandam, quantum quidem per virium corporis & animi imbecillitatem mihi concederetur. Itaq; librum radicum ſeu Lexicon Ebraicum ante amos triginta mihi ipſi conſcribere cœpi, & poſtea in lucem edidi, vt cum pluribus communicaretur. Oſtendit autem mihi non modo Bibliopola Vuitebergenſis, Samuel Seelfiſch, compater meus honorandus, quòd exemplaria iam multis annis nulla extarent: Verum & aliqui ex amicis, & in Chriſto fratribus, me hortati ſunt, Vt illud reuoca-

ri denuò ſub incudem curarem. Hoc igitur onus laboris & officij in decrepita ſenecta mea ſuſcepi, vt DICTIONARIVM meum Ebraicum recognoſcendo augerem, atq; in aliquibus locis etiam caſtigarem. Quod cum tandem abſoluiſſem (multa enim impedimenta, multaq́; moræ illatæ fuere ſtudio noſtro.) Viſum eſt, CHRISTIANE PRINCEPS ELECTOR, illuſtriſsimæ celſitati tuæ offerre illud editione altera publicatum. Quanquam idipſum exijt publicum, anno ſupra milleſimum & quingenteſimum Sexageſimo octauo, ſub nomine & patrocinio HEROIS POTENTISSIMI AVGVSTI, illuſtriſsimæ & pientiſsimæ recordationis parentis tui: Nunc tamen forma ad vſum commodiore nonnihil recuſum, nullius alterius, quàm clementiæ tuæ auſpicio in lucem denuo producendum fuit. Cuius inſtituti mei cauſſæ quidem multæ ſunt, attamen hanc ſaltem indicabo, ne videlicet ingratus DEO videar, offerenti mihi iam tui compellandi occaſionem. Cum enim & iure hæreditario, & quod multò grauius eſt, ſingulari DEI prouidentia, Celſ: Tua ad dignitatem Septemuiratus Jmperij Romani, & harum regionum gubernationem euecta ſit anno ſuperiore, cum ſubditorum omnium mirifico applauſu: vt ego quoq; in publica omnium lætitia & ἐυφημία toto pectore lætari me oſtenderem, diuinitus his terris contigiſſe Gubernatorem, de cuius heroica natura nobis optima ſit ſpes omnium virtutum, quæ in principe laudatiſsimo eminere debeant: Non modo auſpicium gubernationis tuæ ardentibus votis ego in precibus publicis DEO & Eccleſiæ commendaui, atq; deinceps quoq; vniuerſam vitam tuam commendare DEO nunquam deſinam, ſed etiam gratulationem, obſeruantiamq; meam Celſ: Tuæ ſubmiſſè & publice declarandam, & poſteritati futuræ velut conſecrandam eſſe iudicaui: Suſcipe igitur, illuſtriſſime & clementiſsime PRINCEPS ELECTOR, laboris huius, quo perfunctus ſum in ſenectute ſumma, perditaq́; valetudine patrocinium, Celſ. Tuæ quaſi per manus defuncti parentis traditum & commendatum. Accipe, inquam, hoc munus, non illud quidem precioſum, ſi tamen vſus eius æſtimetur, loco aliquo non indignum, eo animo, quo Celſ: Tuam decet erga *eos affectam eſſe, quos Deos Opt. Max. gubernationi voluit eſſe commendatos. Cumq́ ſenum munus ſit præcipuum, vt vota preceſq́ ad Devm illi faciant: quotidiana deprecatio mea & meorum cùm pro Cels. Tuæ, tum pro illuſtriſsimæ & clementiſsimæ Dominæ coniugis, liberorumq́ incolumitate, felici ſucceſſu, & pacata gubernatione, vſq́ ad finem vitæ meæ nunquam ceſſabit. Et ſpero has preces coram æterno Deo, gubernationis ſalutaris autore, minimè irritas fore. Quod vt fiat, & hæc ipſa diæceſis ſit, ac maneat hoſpitium & domicilium Eccleſiæ & ſcholarum piarum, faciat Dominus & Redemtor noſter Ieſus Chriſtus, in quo vt illuſtriſsima Celſ. Tua feliciter valeat, Devm ſupplice voto precor & oro. Cizæ in feſto Paſchatis anni Ieſu Chriſti M. D. LXXXVIII.*

Illuſtriſs. Cels. Tuam vera
animi reuerentia & ſubiectione colens.

Iohannes Auenarius Theologiæ Doctor & Numburgenſis Diæceſis Superintendens.

PIO ET CANDIDO LECTORI

D. IOHANNES AVENARIVS S. D.

EXtant in lingua Ebræa aliquot Lexica, â doctiſsimis viris conſcripta in quibus vocabula additis exemplis Bibliorum explicantur, quorum laudanda eſt diligentia & voluntas adiuuandi & promouendi eos, qui in ſtudio ſanctæ linguæ & Theologiæ verſantur. Atq; ingenuè fateor, me quoq; plurimum illorum opera & laboribus adiutum eſſe. Cum autem certum ſit nihil ita explicatum eſſe in literis, quin plura quotidie inueniri & obſeruari poſsint, ac præſertim, cum ſcriptura ſit fons inexhauſtæ ſapientiæ ac doctrinæ, non tantum non repræhendent propoſitum meum (vt ſpero) pÿ & candidi lectores, quòd nouum aggreſſus ſum Lexicon conſcribere, ſed etiam pro labore mihi gratiam habebunt, & cum ſtudiorum vtilitate eo grati fruentur. Ne autem aliquem lateat ordo, quem in hoc libro ſequuti ſumus, paucis hic indicare libuit. I. Certa, propria & vnica ſiguificatio ſingulis dictionibus attribuitur, nam ſi quæ referuntur ab alÿs plures diuerſæ, figuratæ ſunt per metaphoram, metalepſin &c. II. Vbicunq; fieri poteſt, redduntur Ebræa themata per latina ab eis deriuata, vt eò certius de vera & genuina vocabuli ſignificatione conſtet, & vt ex eis ſententiæ aliàs obſcuræ ac variè redditæ ab interpretibus fiant illuſtriores, Exempla inuenies ſuo loco paſsim in Lexico. III. Cognatio ſimilium radicum ac diſcrimen, itemq; cauſæ cognationis ac diſcriminis, quod habent inter ſe in ſingulis radicibus, quantum fieri potuit, vt plurimum explicantur. IIII. In margine annotantur ad finem verſuum ex Biblÿs exempla ſingularum Coniugationum & temporum, itemq; ſtatus abſoluti, regiminis & affixorum, quantum inuenire potui, & ſi quod eius formæ non aſſcriptum fuerit, certum eſt non extare in Biblÿs. V. Additur in ſingulis Coniugationibus verborum ſua natiua ſignificatio & legitima conſtructio, præſertim vbi à latinorum conſuetudine & regulis quædam eſt diſcrepatio. Et in ÿs interdum propter latinæ linguæ inopiam verba neutra in Kal per latina paſsiua reddere, nonnunquam etiam Ebræam vſitatam Enallagen temporũ mutare coactus ſũ. VI. Vocabula τετραγράμματα & πολυγράμματα quæ ordine inter reliquas radices poſuimus, vt eo citius inueniri poſsint, docentur eſſe compoſita, & themata ſimplicia eorum vnde ſunt compoſita, quantum per me fieri potuit (vnus enim homo non videt omnia) indicantur. VII. Exempla plurima adducuntur, in quibus diuerſa lectio monſtratur, quomodo interdum litera vna ſit pro alia, & legatur non ſcripta, hoc eſt duplex modus lectionis in eadem dictione oſtenditur, alter per literarum, alter per punctorum expreſsionem. VIII. Non tantum numerus capitum, ſed & ſingulorum verſuum additur, vt eò citius locus allegatus à lectore citra omnem difficultatem reperiatur. Quum autem in quibuſdam exemplaribus Bibliorum etiam Venetÿs excuſorum, magna ſit diuerſitas quorundam capitum et verſuum diſtinctionis, ſequutus ſum caſtigationem Maſoreth, iuxta quam etiam poterit corrigere Lector ſuum Exemplar. IX. Oſtenditur methodus ratio et modus deriuandi ac formandi Græca, Latina & Germanica vocabula ex fonte Ebræorũ, et adduntur exempla plurima, quantum hactenus indagare potui, quotidie autem offerent ſe plura ſtudioſis, Eadem ratio formandi in alÿs linguis obſeruari poterit. Ego tantum in ÿs, quæ mihi notæ fuerunt, ſpecimen quoddam præbui.

Habet autem hoc exercitium deriuandi, magnas & infinitas vtilitates. Primo enim ex hoc vſu deriuandi, manifeſtè apparet et conſtat, primam matrem omnium linguarum eſſe Ebræam, ideoq́ digniſsimam & maximi faciendam. Deinde ex obſeruatione deriuatorum vocabulorum, quæ antea nobis nota ſunt facilius etiam Ebræa percipi & tenacius retineri poſſunt. Poſtremo in multis locis ſcripturæ vbi interpretum expoſitionibus & Rabbinorũ commentarijs (quæ vt vbiq́ nõ reyicio, ita & in plerisq́ locis illorum ſomnia non admitto) ſæpe nihil prorſus fui adiutus, vbi ſola linguarum collatione propriam vocabuli ſignificationem venando reperi, vnde ſcripturæ ſententia multo illuſtrior redditur, Et vt huius rei vnum proponam exemplum. Deut. 21. לֹא תִתְעַמֵּר בָּהּ. *Quam variè redditus ſit hic locus, & quantum à vero ſenſu diſceſſum ſit in explicatione dicti, poterunt videre lectores. Septuaginta interpretantur* οὐκ ἀθετήσεις αὐτήν. *Diuus Hieronymus: Nec opprimere per potentiam poteris eam; Prætereo hic aliorum commentationes &c. Cæterum ſi quis intuetur radicem* עָמַר, *vnde latinũ eſt mereor vel mereo, ille poterit genuinũ huius loci ſenſum facile eruere. Videlicet non merebis per eam, hoc eſt, captiuam vxorem tuam non poteris diuendere, neq́ per ſeruitutem & laborem eius merere tibi ſtipendia, quemadmodum cũ famula aut ſeruo mancipio agere potes. Et hoc filum inueniendi propriam vocabuli ſignificationem non temerè ſequor, quum ipſi Rabbini in explicanda multarum radicum ſignificatione ſæpe allegent Arabicam, & Iſmaëliticam linguam, in qua ipſum thema in eodem ſenſu vſurpatur.*

SEQVVNTVR REGVLÆ METHODICÆ *quæ tradunt rationem formandi Græca, Latina & Germanica vocabula ex Ebræis.*

ANte omnia ſciendum, quod in deriuandis vocabulis aliarum linguarum ex Ebræa nulla habeatur ratio vocalium ſeu punctorum Ebraicorum, nam illa nihil faciunt ad conſtitutionem radicis, ſed tantum inſeruiunt formis coniugationum, temporum, generum, & numerorum. Ideoq́ ſæpe aut mutantur aut abijciuntur, quod idem nonnunq́ in ꝓprijs nominibus fieri videmus, vt נְבוּכַדְנֶאצַּר ναβουχοδονόσορ. Nabuchodonoſor חִזְקִיָּהוּ ἐζεκίας, Ezechias.

I. Regula. Radicalium literarum inprimis habenda eſt ratio, quæ ſi ſunt connexiles, connectuntur in alijs linguis, vt:

שָׁכַן	habitauit.		σκηνόω.
שָׁקַף	proſpexit.		σκοπέω.
שָׁתַק	ſtetit.		ϛήκω.
שָׁקַר	ſcurrilis.	hinc	σκαιωρέω.
טָרַף	carpſit cibum.		τρέφω.
מְטִיל	metallum.		μέταλλον.

Ita quoq́ in latinis & Germanicis fieri ſolet, vt מָסַךְ miſcuit, Hinc μίσγω, & latinum miſceo, Germani: miſchen.

II. Gutturalibus & quieſcentibus literis aliæ linguæ non habent correſpondentes, eam ob rem pro eis aut ponunt vocales aut diphthongos, aut prorſus eas omittunt, vt:

אָגַר	congregauit.	Hinc	ἀγείρω.
הָרַס	diruit.		ἀράσσω.
לָחַם	edit voraciter.		λαιμάω.
עָטַם	vaporauit.		θυμαίνω.
קוֹל	vox.		καλέω.
גִּיל	exultauit.		ἀγαλλιάομαι.

Sic quoq; in latina lingua vt דָּאַב contabuit. Hinc tabeo, & in Germanica בָּעַר exarſit. Hinc πυρόω & German: feuren / börnen.

III. Si duæ ex literis אֶהֱוִי quieſcentibus gutturalibus fuerint, ambæ omittuntur, aut mutantur in vocales, vt:

יָדַע	nouit.	Hinc	εἰδέω.
יָשַׁע	ſaluauit,		σόω.
כָּוָה	combuſsit.		καίω.
רָוָה	rigauit.		ῥέω.
רָאָה	vidit.		ὁράω.
אָנָה	natauit, vectus eſt.		νάω, νέω &c.

Ita quoq; in latinis fieri ſolet.

Et in German. vt שָׁעָה reſpexit. Hinc ſchawen / רֵיחַ odoratus eſt riechen.

IIII. Non raro literæ eiuſdem inſtrumenti ſymbolico tranſitu inter ſe commutantur, quemadmodum Græci in formandis temporibus mutant aliquando tenuem in mediam & aſpiratam, vt:

גֵּרֶם	grumus oſsis.	Hinc	κέρμα.
גָּמָל	camelus.		κάμηλος.
בָּעַר	exarſit.		πυρόω.
בָּלָה	inueteratus eſt.		παλαιόω.
בָּעַל	adamauit.		φιλέω.
מָשַׁל	dominatus eſt.		βασιλεύω.

Similiter fit in latinis, vt מָלֵא plenus fuit. Hinc pleo, impleo, & Germanicum vol / item füllen / erfüllen.

V. Sæpe Græci aſſumunt afformationes in præſenti, quas tamen in reliquis temporibus abijciunt, cum non pertineant ad ſubſtantiam radicis.

מָרַר	rebellis fuit.	Hinc	ἀμαρτάνω.
בּוֹא	venit.		βαίνω.
מָרַק	terſit.		μοργνύω.
אַשָּׁף	ſapiens.		σοφίζω.
רָצָה	placuit, voluit.		ἀρέσκω.
קָרָא	vocauit.		κράζω.

VI. In verbis Pe Nun, abijcitur prima radicalis in formatione Græcorum, latinorum ſeu Germanicorum thematum.

נָגַשׁ	acceſsit.	Hinc	ἐγγίζω.
נָקַשׁ	aucupatus eſt.		ἰξεύω.
נָטַר	reſeruauit.		τηρέω.
נָהַק	clamauit.		ὀγκάομαι.
נָהַם	tumultuatus eſt.		οἰμέω.
נָתַךְ	conflauit.		τήκω.

Ad eundem modum & in latinis fit נָקַב excauauit. Hinc cauo. Et in German: נָפַל fallen / vnde & Græcum βάλλομαι.

VII. Quæ apud Ebræos ſunt duplicata, habentq; ſecundã & tertiã radicalem eaſdem literas, in deriuandis aliaꝝ linguaꝝ vocabulis abijciunt alteram, vt: אָרַר male-

אָרַר maledixit.	Hinc	ἀράομαι.
גָּלַל volutauit.		κυλίω.
גָּזַז totondit.		ξέω.
שָׁלַל ſpoliauit.		συλάω.
מָצַץ ſuxit.		ἀμύζω.
הָרָר mons.		ὄρος.

VIII. Sæpe etiam radicibus deſinentibus in Pe, addunt Græci Euphoniæ cauſæ literam τ.

כְּלָפָּה claua.	Hinc	κολάπτω.
תָּפַף percuſsit.		τύπτω.
אָפָה combuſsit.		ὀπτάω.
כָּפַף flexit.		κυπτάζω.

IX. Quandoquidem ת Ebræis medium ſonat inter τ & σ. hinc in Græcis thematibus profertur illud aut per duo ττ aut per duo σσ vt:

חָרַת exculpſit.	Hinc	χαράττω & χαράσσω.
פָּתַת concidit.		πάττω & πάσσω.
דָּתַת ordinauit decretum.		τάττω & τάσσω.

X. Metatheſis literarum ſæpe addmittitur.

שָׁגַל ſtuprauit.	Hinc	ἀσελγαίνω.
עָתַר rogauit.		ἐρωτάω.
קֶשֶׁת arcus.		τόξον.
דּמֶן ſtercus.		μίνθος.
דְּבֵלָה maſſa ficuum.		παλάθη.
גּוֹרָל ſors.		κλῆρος.

Ita quoque in latinis vt בֶּטֶן vterus, hinc venter. Et German. זָחַל repſit, hinc **ſchleichen**. קָצַר abbreuiauit. Hinc **kurtz / verkürtzen** / ſic רָבַךְ frixit. Hinc Φρυγέω frigo, & German. **pregeln**.

XI. Inuerſio radicis admodum vulgaris eſt, quando themata Ebraica in alias linguas transfunduntur.

נָגַד indicauit.	Hinc	δεικνύω.
יָלַד peperit.		θηλέω.
שָׂרָף ſerpens vrens.		πρηστήρ.
לָעַג riſit.		γελάω.
חָכָם ſapiens.		μάγος.
חָמֵץ fermentatus eſt.		ζυμόω.
חָנַךְ initiauit.		καινόω, ἐγκαινόω.
חָמַד deſiderauit.		θυμέω.

Similiter in latinis & in germanicis vt à נָשַׁק oſculatus eſt, hinc **küſſen**.

XII. In deriuandis vocabulis ex Ebræo fonte & aliæ figuræ incidunt, vel Euphoniæ vel differentiæ cauſa.

Aphæreſ. צַדִּיק iuſtus.	Hinc	δίκαιος.
לָמַד didicit.		μαθέω, μανθάνω.
Syncope, בֹּקֶר mane.		πρωΐ.
אָמַר dixit.		ἐρέω.
Apocope. תָּמִיד ſemper.		θαμὰ.
לָשׁוֹן lingua.		λέσχη.

XIII. Sæpe ab vno themate Ebræo deriuantur plura Græca. בּוֹא venit. Hinc βάω, inde reliqua cognata deriuantur, βάσκω, βαίνω, βῆμι, βιβάω.

XIIII. Nonnunquam à pluribus Ebraicis radicibus deducitur vnum thema retinens illarum radicum diuerſas ſeu cognatas ſignificationes, vnde eſt natum, vt:

עָרַג appetijt. } ὀρέγω { appeto.
אָרַךְ prolongauit. } { extendo.

יָדַע ſciuit. } δαΐω. { ſcio.
אוּר titio. } { comburo.
נָתַח frustatim diuiſit. } { diuido.

Poſtremo & hoc addendum putaui, quod in quibuſdam deriuatis vocabulis ſignificatio aliquantiſper variet & deflectat à proprietate radicis Ebrææ, non quidem in genere, ſed tantum in ſpecie, vt à דָּרַךְ calcauit, eſt τρέχω curro, & per inuerſionem literarum gradior: quæ ſignificationes in his tribus linguis in genere quidem conueniunt, ſed non in ſpecie. Rurſus nonnunquam deriuata latius ab autoribus Græcis & latinis ſunt vſurpata, quâm in Ebræa lingua habeantur, vt עֵגֶל vitulus, hinc ἀγέλη grex, armentum &c. Et hoc mirum non debet videri, nam in confuſione Babylonica confuſæ ſunt non tantum voces linguarum, ſed & earundem ſignificationes, multa quoque deinde ſucceſſu temporum ſunt deprauata & corrupta &c. In hoc autem labore meo, qui (vt ſpero) Eccleſiæ & ſtudioſis ſanctæ linguæ non inutilis eſt futurus, mihi ſubſidio fuit *D. MARTINVS HENRICVS SAGANENSIS*, vir egregia eruditione & linguarum cognitione præditus, & me de multis locis fideliter monuit. Rogo autem omnes pios viros & candidos lectores, vt ſicubi in hoc libro erraſſe quibuſdam videar, cogitent illud quod dicitur à rege Salomone Eccs: 7.
אֵין אָדָם אֲשֶׁר לֹא יֶחֱטָא, Non eſt homo qui non peccet. Bene vale candide lector.

DE RADICE SEV THEMATE INVENIENDO.

PRIMA REGVLA.

Literæ apud Ebræos omnes aut ſunt.

I. Radicales vel eſſentiales, quæ eſſentiam thematis perpetuò conſtituunt, & nunquam ſeruiunt partium orationis accidentibus, eæque ſunt vndecim, comprehenſæ in his dictionibus. חָטַט סֵפֶר גֵּזַע צֶרֶק

II. Seruiles, quæ in deſignandis accdientibus partium orationis habent miniſterium, conſtituentes genera, caſus, numeros, perſonas & ſimilia, & continentur in his dictionibus. מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵיתָן

II. REGVLA.

Seruiles tamen ſi debito loco collocentur, ſyllabam & radicem thematis conſtituunt, vt:

בָּזַק fulminauit.	
לָמַד didicit.	חָטַב ſuccidit.
אָכַל comedit.	שָׁל misit.

III.

Omne thema Ebræum conſtat tribus literis radicalibus. Nam quæ pluribus conſtant, ſunt aut compoſita aut peregrina.

סָפַר numerauit.
גֵּזַע truncus, ſtipes.
לָבַשׁ induit.
כָּפַל duplicauit.

סַרְעַפָּה Ramꝰ ſpinoſꝰ ex סִיר ſpina & עָפָא ramus סִרְפַּד ſpinetum, â סִיר ſpina & רָפַד inſtrauit.
פַּעְנֵחַ AEgypt. Gen. 41. ℣. 49. i. interpres, reuelator.

IIII.

Radicales vndecim vbicunqꝫ inueniuntur, ad ſubſtantiam dictionis pertinent, ideoqꝫ in radicis inueſtigatione intactæ relinquendæ ſunt. Sic & ſeruiles, quæ potentia factæ ſunt Radicales in thematis conſtitutione.

חָטַף	rapuit celeriter.	שָׁקַף	proſpexit.
חֹטֶר	virga, ſurculus.	רָעַשׁ	commotus eſt cum ſtrepitu.
		רָפָא	ſanauit.

V.

Seruilium natura, collocatio, punctatio & ſignificatio ante omnia exactiſsimè cognoſcenda ſunt. Aut enim adduntur radici in principio, aut in fine, nulla in medio, Nam quod Iod & Vau inſeruntur dictionibus, fit forma & ratione horum duoꝝ punctoꝝ, qa non poſſunt, vt alia puncta, ſub literis collocari.

צַדִּיק iuſtus.
גָּדוֹל magnus.

VI.

1. Vndecim ſunt ſeruiles, quæ in medio dictionis omnes ſeruiunt ante radicalem, itemqꝫ in fine, p̄ter quatuor אֶלְבַשׁ. quæ quatuor in fine ſemꝑ ſunt radicales.
2. Nulla dictio habet vltimam radicalem Iod vel Vau.
3. Nulla habet radicalem primam Vau.

VII.

- Seruiles igitur ſeruiunt vel.
  - 1. à principio aut
    - 1. Temporibus & modis.
      - Fut: / Infin: vt literæ אֵיתָן / בְּכְלַם
    - 2. Participijs 2. 3. & 4. coniug.
    - 3. Præteritis 3. & 4. coniug.
    - 4. Paſsiuo Kal.
      - vt literæ מַתְ / הִהְתְ / נ.
  - 2. à fine aut
    - 1. Affixa pronominum conſtituunt, vt literæ הַכְּנוּיִם
    - 2. Terminationes
      - 1. Coniug: in verbis
      - 2. Temporum
      - 3. Format nomini.
        - vt literrę תְּהִמּוֹן
      - 4. Generum in
        - Noībꝰ / verbis הָאֱמַנְתִּי
      - 5. Numeroꝝ
        - maſcu: / fœmini: vt literæ ים / ות
    - 3. παραγωγικαὶ ſunt & Euphoniæ cauſa adduntur
      - noībus / verbis vt literæ אֶהֱוִין

VIII.

Seruiles cognoſcuntur ex loco, punctatione, & abundantia. Nam vt dictum eſt, aut in principio aut in fine ſeruiunt, nunqꝫ in medio. Nam radix ſola eſt in medio.

בְּשָׁפְטְךָ in iudicando te, id est dum tu iudicas.	Radix est שָׁפַט.	בְּ cum sheua litera seruilis Bachlam id est, præpoſitio in ךָ Affixum gener. maſcu.

IX.

Sciendum eſt tres eſſe ordines verborum & nominum. Alia ſunt perfecta, alia defectiua, alia quieſcentia. De horum radice inuenienda hoc loco dicemus. Nam reliquorum dictionum radices, quæ מִלּוֹת vocantur, facilè ſecundum hæc præcepta inueſtigari poſſunt, vt:

Perfecta.	*Defectiua.*	*Quieſcentia.*
דִּבֵּר locutus eſt.	נָגַשׁ appropinquauit	אָמַר dixit.
רָצַע perforauit ſubula.	נָטַר obſeruauit.	אָחַז tenuit.
רָעַר tremuit.	נָטַל onerauit.	אָכַל comedit.
קָדַשׁ ſanctus fuit.	נָתַן dedit &c.	אָבָה voluit.
	יָצַק fudit.	יָדַע ſciuit.
	יָצַר firmauit.	יָשֵׁן dormiuit.
	יָכַח caſtigauit.	יָגַע laborauit.
	סָבַב circumdedit.	בוס conciliauit.
	בָּזַז diripuit.	גור peregrinatus ē.
		בִּין intellexit.
		דִּין iudicauit.
		בָּרָא creauit.
		גָּלָה reuelauit.

X.

De omni igitur radice aut tres literæ inueniuntur, vt in perfectis ſimplicibus Ebræis, vel 4. vel 5. vt in compoſitis ſeu peregrinis, aut duæ, vt in quieſcentibus, aliquando & defectiuis; interdum vna tantum, vt in mixtis ex defectiuorum & quieſcentium ordine, vt infra patebit.

DE PERFECTIS.

XI.

Thema facilimè in perfectis eruitur, ſi enim in fronte & tergo ſeruiles omnes reieceris, exiſtent tres literæ radicales. וַיַּצְדִּיקֵנִי & iuſtificauit me. Ab initio Vau eſt coniunctio copulatiua & conuerſiua, Iod eſt litera ſeruiens 3. perſonæ Futuri in fronte. Nun additur Euphoniæ & connexionis gratia, Iod affixum eſt in fine primæ perſonæ.

DE DEFECTIVIS.

XII.

Dages forte in ſecunda radicali quam ſemper ſequitur ſubſtantialis litera, indicat vt plurimū defectum Pe Nun vt תִּקֹּם vindicabis הַצִּילֵנִי eripe me. In his ſi pro dages præpoſueris Nun, habebis radicem, vt נָקַם & נָצַל

Exceptio.

Nouem ſunt defectiua Pe Iod, de quibus in Grammatica, quæ pleruncꝫ habent in medio צ. In his pro Dages præponendum eſt Iod, vt תִּצְּבוּ ſtabitis, à themate יָצַב ſtetit.

II. Exceptio.

Defectiua ſine Dages ponuntur tantum in infinitiuo & imperatiuo Kal, vbi ex forma coniugationis & ſignificatione facilè deprehendi poſſunt vt לָטַעַת ad plantandum à נָטָה plantauit, צוּב ſta: â יָצַב ſtetit.

XIII Defecti-

XIII.

Defectiua in Ain poal non ſunt, niſi quæ vocantur duplicata, id eſt, habentia literas poſteriores geminatas, & eaſdem. Et cognoſcuntur potiſsimum ex Dages in tertia radicali, quam non ſequitur alia ſubſtantialis litera. Vt רַצּוֹתִי acceptaui, הֲדִמָּנוּ feciſti nos ſilere vel domitos. In his ſi duplicaueris dageſſatam literam, prodibunt themata, vt רָצַץ & דָּמַם.

Exceptio.

Sin dages fuerit diſsimulatum, vt fieri neceſſe eſt in extremitate & literis אֲהַחְעַר tunc partim ex forma coniugationis, partim ex ſignificatione deprehendes radicem vt תָּגֹז mollis â גָּזַז formam habet paradigmatis סָבַב item שַׁחוֹתִי â שָׁחַח proſtratus ſum, ad formam סַבֹּתִי

XIIII.

Defectiuum in Pe Lamed poal vnum eſt נָתַן vt נָתַתִּי dedi לָתֵת ad dandum.

XV.

Syncopata verba, quæ vltimam radicalem habent Nun vel Thau, vel Caph, imprimunt dages forte literis ſeruilibus ſeu formatiuis perſonarum ſeu affixorum in fine ſeruientibus, quando eædem ſunt literæ cum vltima radicali vt שִׁחַתָּה corrupiſti, תִּשְׁכֶּנָּה habitabunt. Hoc loco tantum duplicata litera dageſſata, prodibit radix, vt שָׁחַת & שָׁכַן

DE QVIESCENTIBVS.

XVI.

Quieſcentia alia ſunt in
1. Pe Iod.
2. Vau holem vel Iod.
3. Lamed Aleph vel He.

Si literæ Eheui explicatè ſeu expreſsè quieuerint, facilè videbis radicem vt אִישַׁן id eſt, dormiam à יָשַׁן dormiuit יָנוּסוּ fugient à נוּס fugit.

Obſeruationes.

1. Notandum quoties Vau fuerit pro prima radicali poſitum, ſemper mutandum eſt in Iod, & ſic exibit Radix. Nullum enim verbum habet Pe Vau, vt נוֹדַע cognitus eſt, à יָדַע ſciuit.
2. Si verò Iod aut Vau fuerint loco tertiæ radicalis, ſemp mutabis in ה. Nulla enim radix habet tertiam ſubſtantialē Iod aut vau, vt עָשִׂיתָ ab עָשָׂה fecit גָּלוּי rereuelatus à גָּלָה reuelatus eſt. Aliquando in א mutatur, ſed rarius.

XVII.

Si verò literæ אֶהֱוִי implicitè quieuerint, ita vt non expreſsè cernantur, conſiderabis earum naturam, in quibus puncta quieſcant. Primum naturam Iod quieſcentis aut in Hirek magno aut in Zere, aliquando in Sægol. Deinde naturam quieſcentis in Holem aut Schurek, atq; pro ratione illorum punctorum adiunges eas literas vel Iod vel Vau vt תֵּלְדִי paries, à יָלַד peperit, וְהִפְרֵתִי Gen: 17. à פָּרָה Exod. 2. וַתִּדְלֶנָה & hauſerunt pro וַתִּדְלֶינָה à דָּלָה hauſit, הוֹקַר fac precioſum à יָקַר, נָפֹצוּ diſperſi ſunt, à פּוּץ.

XVIII.

Quod ſi duæ tantum radices in aliqua dictione fuerint abſq; vllo ſigno deficientis aut quieſcentis literæ, tunc oportebit te radicem vel ex formis verborum & nominum defectiuorum ſeu quinſcentium: vel ex ſignificatione: vel ex accentu: vel ex contextu orationis æſtimare.

Ex his defectiuorum Pe poal â defectiuis Ain poal, itemq́ defectiuorum verborum à quieſcentibus, nec non quieſcentium formas inter ſe facilè diſcernes, & dinoſces.

XIX.

Primum ex forma cognoſcitur differentia רַצְתָּ cucurriſti, habet formam קַמְתָּ à קוּם, ideoq́ & hæc radix eſt רוּץ cucurrit, יִשְׁתּוּ bibent, ad formam יִגְלוּ à גָּלָה, habet radicem שָׁתָה Sic & cum Vau conuerſiuo וַיָּעַף & volauit, cõueniet in forma cum וַיָּקָם eſt igitur radix עוּף Sic וַיִּקֶן à radice קָנָה acqſiuit ꝛc.

XX.

Tertia præteriti pluralis quieſcentium Ain poal accentu diſcernitur à quieſcentibus Lamed He. Nam quieſcentia Ain poal habent accentum millel, id eſt, in penultima, quieſcentia verò Lamed He milral in vltima, vt Pſal. 46. ℣. 6. חָמוּ גוֹיִם מָטוּ Radices ſunt מוּט et הָמָה Sic בָּנוּ intellexerunt à בִּין & בָּנוּ ædificauerunt à בָּנָה. Sic שָׁבוּ reuerſi ſunt à שׁוּב & שָׁבוּ ceperunt, à שָׁבָה Gen. 34.

XXI.

Ex ſignificatione ſola ſeu contextu orationis diſcerni poteſt ſecunda coniugatio defectiuoꝝ ſeu duplicatoꝝ, à ſecunda quieſcentium Ain poal, vt וַיָּגָל & voluit Gen: 29. eſt à גָּלַל Et Pſal. 16. וַיָּגֶל & exultauit ſe (gloria tua) à גִּיל.

XXII.

Imperatiuus pluralis quieſcentium Pe Iod & quieſcentium Lamed He eandem habent formam, ſed dinoſcuntur ex ſignificatione, & ſententia, vt רְדוּ deſcendite à יָרַד & רְדוּ dominamini, Gen. 1. à רָדָה

XXIII.

Deniq́ etiam Hophal quieſcentium Pe poal & Ain poal ex ſola ſignificatione & contextu orationis diſcernuntur, vt הוּשַׁב factus eſt ſedere, collocatus eſt, â יָשַׁב ſedit, at הוּשַׁב factus eſt reuerti eſt à שׁוּב reuerſus eſt. Sic in duplicatis הוּסַב factus eſt circumdare, forma prorſus congruit cum prioribus duobus, ſed ex ſerie textus diſcernitur.

XXIIII.

Si vnica tantum reliqua fuerit radicalis in aliqua dictione, ſcias illam eſſe partim ex defectiuis, partim ex quieſcentibus. Quorum cum non ſit magnus numerus, facilè agnoſci & obſeruari poſſunt, vt וַיֵּט & extendit, נָטָה extendit. Vnicum reperitur, quod eſt defectiuum in vtraq́ extremitate, vt לָתֵת ad dandum, à נָתַן dedit, de quo paulo ante.

XXV.

In radicibus quatuor aut quinq́ literarum eruendis, eadem præcepta obſeruantur, quæ ſuprà de perfectis ſunt tradita. Ratio autem compoſitionis earum in Grammatica, & Lexico explicatur.

XXVI.

Radicis inuentæ ſignificatio ex Lexico petatur, quo ſtudioſos remittimus.

AD LECTOREM

M. Hieronymus Opitius Iunior.

הַקְשִׁיבָה נָּא אֵלַי תַּלְמִיד לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ
יַשְׂכִּילְךָ סֵפֶר זֶה דַעַת בְּכָל־הַשֹּׁרֶשׁ ׃
אַף כִּי בִלְתִּי יָגוֹן תִּקְרָא בְּתוֹרַת עֶלְיוֹן
רֵאשִׁית כָּל־ חָכְמָה הִיא לִירֹא יְהֹוָה חַנּוּן ׃
וְיָבֹאוּ בִלְשֹׁנוֹת זָרוֹת דְּבָרִים רַבִּים
נִמְצָאִים כִּי דוֹמִים הֵמָּה לְשָׁרָשֵׁי עִבְרִים ׃
יוֹחָנָן אֲבֶנָרִיוּס בְּסֵפֶר נִזְכָּר
מֵבִין אֶת־דִּבְרֵי הַתּוֹרָה יְחַבֵּר מִסְפָּר ׃
וּמַפִּילִים נַחְנוּ עַל־זֹאת תְּפִלּוֹתֵינוּ
סִפְרֵי תוֹרָה לִמְסֹר כֻּלָּם לְדֹרוֹתֵינוּ ׃
אַשְׁרֵי הָאִישׁ הַמִּתְהַלֵּךְ בְּתוֹרַת עֶלְיוֹן
פִּקּוּדֵי הַנּוֹרָא אַף שַׁעֲשֻׁעָיו יִהְיוּן ׃
יִשְׁמָרְךָ קָדוֹשׁ הוּא בְּכָל־יְמֵי חַיֶּיךָ
צַדִּיק הָאֵל יַצְלִיחַ מַעֲשֵׂי יָדֶיךָ ׃

נכתב לפרט שמי הִיאֶרוֹנִימוּס
אֶפִּיץ והיא השנה מילדות
ישוע משיח ארונינו וגואלנו

א רֹשׁ סֹח ׃

AD EVNDEM.

שָׁלוֹם לְךָ הַקּוֹרֵא בְּכָל יוֹם בְּסֵפֶר
הַזֶּה אֲשֶׁר נוֹתֵן אִמְרֵי בִינָה וְשֶׁפֶר ׃
הִנּוֹ כִּמְפַתֵּחַ פֹּתֵחַ הָעֲלִיָּה
יַשְׂכִּילְךָ אֶת־כָּל דַּעַת תּוֹרַת יְהֹוָה ׃
שָׁאוֹל שְׁאַל־נָא לַאֲבֶנָרִיוּס לְשָׁלוֹם
שֶׁהוּא יְגִיעוֹ לֵאמֹור יִחְיֶה־נָּא לְעֵילוֹם ׃

M. PHILIPPVS GALLVS HALENSIS.

AD EVNDEM.

Continet hic ſanctæ digeſta vocabula linguæ,
Explicat & propria dexteritate liber.
Sunt etiam ſubiecta oculis paradigmata vocum,
Plurima per certos effigiata modos.
Præterea primo linguarum ex fonte fluentes
Ebræo, voces progenerare docet.
Hoc igitur longi quod ſcriptum eſt temporis vſu
Candide grato animo ſuſcipe Lector opus.
Qui loca prima tenes ad dextram CHRISTE parentis,
Et donas populo munera multa tuo:
Hæc etiam nobis linguarum munera ſerua.
Vt tuus æterna laude vehatur honos,

Ieremias Auenarius.

אָנֹכִי אָנֹכִי הוּא מֹחֶה פְשָׁעֶיךָ לְמַעֲנִי וְחַטֹּאתֶיךָ לֹא אֶזְכֹּר

אָבִיב Puber, Maturus, tempeſtiuus, tendens ad maturitatem, item ſubſtantiuè, pubes, pubertas, & vſurpatur tantùm de terræ naſcentibus, quæ verno tempore progerminant, vnde 2. Georg. Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu. Et 12. AEneid. Puberibus caulem folijs &c. vnde & κατ' ἐξοχὴν pro ſpica virente & matureſcente. Si eidem præponitur חֹדֶשׁ ſignificat menſem pubertatis, quo terræ naſcentia in orientis tractu pubeſcũt. Eſtq; primus menſis apud Ebræos, qui alio nomine vocatur propriè נִיסָן partim Martio, partim Aprili noſtro correſpondens. Hæc radix habet cognationem cum אָבָה voluit, יָאַב deſiderauit, תָּאַב optauit, יָבַב pipauit, inſtar gallinarum, & בּוּב pupus fuit, nam quæ in pubertate ſunt affectantur & optantur magis. Hinc Græci omiſſa altera duplicatarum dicunt ἡβάω, ἡβάσκω, item ἔφηβος & ἐφηβεία, ephebus, Latini vſurpant pubeo pubeſco, βούβων pubes. Inuenitur tantùm in his ſeptem locis: Septuaginta plerunq; reddiderunt per νέα, nouas fruges.

Exod. 9. ℣. 31. quia hordeum erat puber. Hier. virens, Sep. παρεστηκυῖα. אָבִיב
Leu. 2. antep. Si obtuleris pubertatem (id eſt, ſpicam) toſtam igni. Sept. νέα. אָבִיב
Ezech. 3. ℣. 15. veni ad transmigrationem, ad tumulum puberem. Sept. μετέωρος. אָבִיב
Cum ה demonſtratiuo. Exod. 13. ℣. 4. cap. 23. ℣. 15. in menſe pubertatis. τῶν νέων. הָאָבִיב
Cap. 34. ℣. 17. & Deut. 16. ℣. 1. menſe pubertatis. τῶν νέων, id eſt, nouarum frugum. הָאָבִיב

אֵב Pubes, pubertas, cum defectu ב. Hinc ἥβη hebe, bis extat, vt cum affix. Iob. 8. ℣. 12. adhuc exiſtens in pube ſua non demetetur, ἐπὶ ῥίζης. בְּאִבּוֹ
In reg. plur. canticorum 6. ℣. pen. ad inſpiciendum pubertates torrentis. ἐν γενήματι. בְּאִבֵּי

אָב Pater, de hoc radicem ſuam אָבָה voluit, bene affectus eſt erga aliquem.

אָבַד Perijt, diſperijt, interijt, amiſſus eſt, ablatus eſt, idem quod יָבַר: cognationem habet cum אָרַב & דָּאַב contabuit, nam tabeſcere non procul eſt à pereundo. Hinc mutando ד in λ grecum eſt ἀπολέω, ἀπόλλυμι, ἀπολύω pereo, ἀπολλύω, perdo, nam literæ דְּטִלְנַת ſunt inuicem commutabiles. Item hinc quoq; eſt φηδόω perdo, πλάζω erro, πτόω cado.

In 1. Coniug. אָבַד perijt, ablatus eſt, intranſitiuè accipitur.

Num. 17. ℣. pen. En expirauimus, perijmus, omnes nos perimus, ἀπολώλαμεν. אָבַדְנוּ
Pſal. 119. ℣. vlt. Errauí ſicut ouis periens, require ſeruum tuum, ἀπολωλός. אֹבֵד
Deu. 8. ℣. pẽ. Teſtatus ſũ vobis hodie, quòd pereundo peribitis, ἀπωλείᾳ, ἀπολεῖσθε. אָבֹד
Deut. 28. ℣. 20. donec perire te cito. Septuag. verterunt, ἕως ἂν ἀπολέσῃ σε. אֲבָדְךָ
Prou. 28. ℣. vlt. Et in perire eos, multiplicabuntur iuſti, ἐν τῇ ἐκείνων ἀπωλείᾳ. וּבַאֲבָדָם
Pſal. 9. ℣. antep. Spes pauperum (non) peribit in æternum, ἀπολεῖται. תֹּאבַד
Prou. 19. ℣. 9. qui profert mendacia peribit. Septuag. habent ἀπολεῖται. יֹאבֵד

In 2. Coniug. אִבֵּד & אִבַּד perdidit eſt actiuum.

Thren. 2. ℣. 9. perdidit & confregit vectes eius. Septuag. ἀπώλεσε. אִבַּד
Pſal. 9. ℣. 6. Increpaſti gentes, perdidiſti impium, ἀπώλετο ὁ ἀσεβής. אִבַּדְתָּ
Ier. 23. ℣. 1. Væ paſtoribus perdentibus & diſsipantibus oues, ἀπολλύντες. מְאַבְּדִים
Deut. 12. ℣. 2. perdendo perdetis omnia loca vbi coluerunt gentes, ἀπωλείᾳ ἀπολεῖτε. אַבֵּד
Pſal. 5. ℣. 7. perdes loquentes mendacium, In Græco eſt ἀπολεῖς. תְּאַבֵּד
Ezech. 28. ℣. 16. perdidi te ô Cherub protegens pro וָאֲאַבֶּדְךָ. וָאַבֶּדְךָ

In 3. Coniug. הֶאֱבִיד fecit perire, perdidit.

Deut. 7. ℣. antep. Et facies perire nomen eorum, καὶ ἀπολεῖται. וְהַאֲבַדְתָּ
Cap. 8. ℣. vlt. ſicut gentes quas Iehoua facit perire. Septuag. ἀπολλύει. מַאֲבִיד
Ioſuæ 7. ℣. 8. ad dandũ nos in manum Emorræi ad diſperdendũ nos ἀπολέσαι ἡμᾶς. הַאֲבִידֵנוּ
Ier. 1. ℣. 10. ad perdendum & ad diruendum. Septuag. καὶ ἀπολλύειν. וּלְהַאֲבִיד
Cap. 46. ℣. 8. perdam ciuitatem & habitantes in ea, à יָבַר κατακαλύψω. אֹבִידָה

Inde nomina.

אֲבֵדָה Perditio, amiſsio, res amiſſa. quater inuenitur hoc, vt
Exod. 22. ℣. 8. ſuper omni re perdita, de qua quis dixerit quod ita ſit. ἀπωλείας. אֲבֵדָה
Leuit. 5. ℣ 22. 23. aut rem amiſſam, quam inuenit ἢ τὴν ἀπώλειαν. הָאֲבֵדָה
In reg: Deutro: 22. ℣ 3. & ſic facies omni rei perditæ fratris tui. ἀπώλεια.

אֲבַדּוֹן Perditio, & hinc nomen diaboli Abadon, Apoc: 9. ſæpius legitur.
Prouerb. 15. ℣ 11. Infernus & perditio eſt coram domino ϗ ἀπώλεια. וַאֲבַדּוֹן
Cap. 27. ℣. 20. Infernus & perditio non ſaturabuntur. ϗ ἀπώλεια. נַאֲבַדֹּה
Hoc ſecundum puncta legitur וַאֲבַדּוֹן 9.

אַבְדָן Perditio ablatio, ſemel tantum legitur in Biblijs ſacris, vt
Eſther. 9. ℣ 5. ictu gladij & occiſione & perditione. וְאַבְדָן

אָבְדַן Perditio, ablatio, amiſsio. Semel extat in Biblijs, vt.
In reg: Eſther. 8. ℣ 6. Et quomodo potero inſpicere perditionem gentis meæ. ἐν τῇ ἀπωλείᾳ. בְּאָבְדַן

אָבָה Voluit, conſenſit, acquieuit, affectum & propenſionem habuit erga aliquem, cognationem habet cum אָהַב dilexit item cum יָאַב & תָּאַב appetiuit, hæc enim omnia generali ſignificatione non longè inter ſe differunt. Hinc ἠπιάω mitigo, ἤπιος beneuolus benignus ἔφεσις. deſiderium appetitus, & latinum aueo, item ἀβέαζω id eſt cupio, volo.

In 1 coniuga: אָבָה voluit, conſenſit, intranſitiuū eſt & nonnunquam conſtruitur cum אֶל vel cum datiuo, ſemper præponitur illi particula negatiua ex aptis ducta locis vt.
Pſal. 81. ℣ 12. Et Iſrael non acquieuit mihi οὐ προσέσχέ μοι. אָבָה לִי
Deut. 1. ℣. 26. Et nō voluiſtis aſcēdere, ſed exacerbaſtis os Domini ϗ οὐκ ἠθελήσατε. אֲבִיתֶם
Ieſaiæ 28. ℣ 12. Et non voluerunt audire א eſt paragog: ἠθέλησαν ἀκούειν. אָבוּא
Ezech: 3 ℣. 7. Et domus, Iſrael non volent audire te. οὐ μὴ θελήσωσιν ἀκοῦσαί σου. אֹבִים
Prouerb. 1. ℣. 10. fili mi, ſi ſuaſerint tibi peccatores, ne velis οὐ μὴ θέλῃς. תֹּבֵא
Ieſa: 1. ℣. 19. ſi volueritis & audieritis, bonum terræ comedetis. ἐὰν θέλητε. תֹּאבוּ
Iob: 39. ℣ 9. num volet vnicornis ſeruire tibi? βουλήσεται δέ σοι δουλεῦσαι. הֲיֹאבֶה

Inde nomina.

אָב Pater à voluntate & affectu paterno in ſuos liberos, item auus, proauus, atauus, & omnes maiores qui longo tempore nos anteceſſerunt, & eſt nomen honoris atque de omnibus dignioribus vſurpatur, hinc Auus, ἄββος Abbas ein Apt/ Et אָב per metatheſin facit πα, addita afformatione τηρ Eſt πατήρ pater, Vater. item πάππος auus, παππάζω auum voco πρόπαππος. metaphoricè tribuitur quoque rebus inanimatis.
Malach: 1. ℣ 6. filius honorabit patrem. υἱὸς δοξάζει πατέρα. אָב
Cum affix. leui Exod. 20. ℣ 10. honora patrem tuum & matrem tuam. τὸν πατέρα σου. אָבִיךָ
Iob. 34. ℣ penult. pater mi (vel voluntas mea) vt probetur Iob. אָבִי
Cum affixo graui. Geneſ. 43. ℣ 26. nuncquid eſt pax patri veſtro ſeni? ὑγιαίνει ὁ πατὴρ ὑμῶν. אֲבִיכֶם
In reg: Pſal. 68. ℣ 6. pater pupillorum, & iudex viduarum τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν. אֲבִי
Plural. Deutro. 24. ℣. 16. non occidentur patres pro filijs. πατέρες. אָבוֹת
Cum affixis. Pſal. 106. ℣. 6. peccauimus cum patribus noſtris. μετὰ τῶν πατέρων. נַאֲבוֹת
In reg: exod. 10. ℣. 6. non viderunt patres tui, nec patres patrum tuorum πρόπαπποι αὐτῶν.

אֶבְיוֹן Egenus, inops πένης qui res ſibi neceſſarias, quibus eget, appetit.
Pſal. 82 ℣. 4. liberate pauperem, & egenum de manu impiorum eripite. πένητα. וְאֶבְיוֹן
Cum affixo. Exod. 23 ℣ 6. Non declines iudiciū egeni tui in cauſa eius. πένητος. אֶבְיֹנְךָ
Plura: Pſal: 72. ℣. 13. parcet ſuper exhauſto & inope & animas egenorum ſaluabit πενήτων. אֶבְיוֹנִים
Cum aff: Pſal. 132. ℣. 15. egenos eius ſaturabo panibus πτωχοὺς αὐτῆς. אֶבְיוֹנֶיהָ
In reg: Ieſai. 29. ℣. 19. Et inopes homines exultabunt. οἱ πτωχοί. וְאֶבְיוֹנֵי

אֲבִיּוֹנָה Appetitus, voluntas, deſiderium habendi aliquid. Semel extat, ut.
Eccle. 12 ℣. 5. Et diſſoluetur appetitus id eſt langueſcet ἡ κάππαρις. הָאֲבִיּוֹנָה

אֲבוֹי Papæ, interiectio exclamantis propter egeſtatem, hinc βαβαί.

Prouerb. 23. ℣. 29. cui væh? cui Papæ? cui contentiones? θόρυβος. אֲבוֹי

אָבַח Flammuit, ſplenduit, hæc radix non vſurpatur verbaliter, ſed tantum vnū nomen hinc extat, quod gladio tributum ſignificat diſtrictionem eius ſplendentem. Hinc eſt ἄυω & ἕυω flammeo item inflammo.

אִבְחָה Splendor, & flamma, gladij diſtricti vibratio legitur tantum ſemel, vt
Ezechiel 21. ℣. 20. dedi ſplendorem gladij, heu factus eſt quaſi fulgur. εἰς σφάγια. אִבְחַת

אֲבַטִּיחַ Pepo, genus cucumeris, Pfeben. Componitur ex אָבִיב pubes & בָּטַח confiſus eſt, quod Pepones confidenter pubeſcunt pleniqꝫ ſunt ſucco pubertatis ſeu humiditatis græcis eſt πέπον & πέπων. Hinc Batecha id eſt melo, vt in Auicenna reperitur.

Pluraliter tantum ſemel Numer: 11. ℣. 5. recordamur piſcium, quos comedebamus in AEgypto gratis, & cucumerum atqꝫ peponum. Septuag. τοὺς πέπονας. הָאֲבַטִּחִים

אָבַךְ Implicitus eſt condenſando, intricatus eſt, & propriè de furno, qui aſcendendo in altum variè circumgyratur & iactatur cognationem habet cum בּוּךְ intricatus eſt, & אָבַק colluctatus eſt. Hinc græci ἀβιάχομαι delicior glorior αὐχέομαι iacto.

In 4. coniugatione הִתְאַבֵּךְ implicuit ſe. Semel tantum extat, vt.
Ieſaia. 9. ℣. 18. Quoniam exarſit ſicut ignis impietas, deuorabit, & incendet condenſa ſyluæ, & implicuerunt ſeſe eleuatio fumi. ϗ συγκαταφάγεται. וַיִּתְאַבְּכוּ

אָבַל Luxit à lugendo, luctum produxit, teſtatus eſt luctum veſte atra & velata facie, triſtatus eſt, contriſtatus eſt, fleuit, Inanimatis rebus tributum ſignificat lugubriter deuaſtari ſeu deſolari. Cognationem habet cum הָבַל viluit, & אָפֵל caliginoſus. Hinc eſt per inuerſionem radicis λυπέω & λεπέομαι triſto & triſtor, λύπη triſticia. Septuaginta verterunt per πενθέω lugeo mutando ל in ν græcum & addita θ.

In 1. coniugat. אָבַל lugebat fleuit, conſtruitur cum עַל vel אֶל &c.
Oſeæ. 10. ℣. 5. luxit ſuper eum populus eius. Ieſaiæ. 24. ℣. 7. luxit muſtū. ἐπένθησεν. אָבַל
Ieſa. 24. ℣. 4. luxit, flaueſcebat terra. Ier. 12. ℣. 11. luxit ſuper me. ἀπωλείας. אָבְלָה
Am. 8. ℣. 19. Et lugebūt ōnes habitatores. Ieſ. 3. ℣. vlt. & lugebūt portę eius. πενθήσουσιν. וְאָבְלוּ
Ierem. 4. ℣. 28. ſuper hoc lugebit terra. Oſeæ. 4. ℣. 3. propterea lugebit terra. πενθήσει. תֶּאֱבַל

In 3. coniuga. הֶאֱבִיל fecit luctum, Bis inuenitur abſolutè.
Ezechiel 31. ℣. 15. quum deſcenderit ipſe ad infernum, faciam luctum ἐπένθησεν. הֶאֱבַלְתִּי
Thren. 2. ℣. in chet. Et luctum fecit antemurale & murus. ϗ ἐπένθησε. וַיַּאֲבֶל

In 4. coniuga. הִתְאַבֵּל fecit ſe lugere, conſtruitur cum עַל vel אֶל vt.
1. Samuel. 15. ℣. vlt. nam lugebat Samuel ſuper Saulem repulſum, ἐπένθει. הִתְאַבֵּל
Cap. 16. ℣. 1. quouſqꝫ luges ad Saulem. Daniel 10. ℣. 2. ego Daniel lugebam. ἤμην πενθῶν. מִתְאַבֵּל
2. Samuel 14. ℣. 2. Simula te lugere & indue veſtes luctus. πένθησον. הִתְאַבְּלִי
Geneſ. 37. ℣, 34. item 2. Samuel. 13. ℣. antep. Et luxit ſuper filio ſuo ϗ ἐπένθησεν. וַיִּתְאַבֵּל
Num. 14. ℣. 34. item 1. Samuel. 6. ℣. 19. Et luxerunt populus. ϗ ἐπένθησεν ὁ λαός. וַיִּתְאַבְּלוּ

Inde nomina.

אָבֵל Lugens, lugubris, luctuoſus, triſtis, eſt nomen adiectiuum ſeu participiale.
Geneſ. 37. ℣. pen. deſcendam ad filium meum lugens in ſepulchrum. πενθῶν. אָבֵל
In reg. Pſal. 35. ℣. 14. ſicut lugens matrem, obſcurus incuruatus ſum. ὡς πενθῶν. כַּאֲבַל
Et plur: Ieſaiæ 61. ℣. 2. Ad conſolandū omnes lugentes, miſit me. πάντας τοὺς πενθοῦντας. וְלַאֲבֵלִם
Cum aff. Ieſai. 57. ℣. antep. Et retribuam conſolationes ei, & lugentibus eum id eſt deflentibus eum. וְלַאֲבֵלָיו
In reg. Eſai cap. 61. ℣. 3. ad ponendum lugentibus Zion. δοθῆναι τοῖς πενθοῦσι σιών. לַאֲבֵלֵי
Et præterea legitur tantum Eſther 6. ℣. 12. Iob. 29. ℣. vltimo.

אֲבֵלָה Luctuoſa, lugubris, reperitur tantum ſemel in Biblijs ſacris, vt.
Plura. threnoꝝ. 1. ℣. 4. viæ Zion ſunt lugentes, ὁδοὶ σιων πενθοῦσι. אֲבֵלוֹת

אֵבֶל Luctus mœſticia, fletus, ceremonia & pompa lugubris.
Iob. 30. ℣. vlt. Et facta eſt in luctū cithara mea, & organū meū in vocem flentiū. לְאֵבֶל
In reg. Geneſ. 27. ℣. 41. appropinquabunt dies luctus patris mei. τοῦ πένθους. אֵבֶל
Cum affix. Ierem. 31. ℣. 13. Et conuertam luctum eoꝝ in gaudium. πένθος αὐτῶν.

אֲבָל Imo, maximè, profectò, verè, certè, ſanè. ב conuerſo in מ eſt μάλα, imo, ſanè.
2. Sam. 14. ℣. 5. Imo mulier vidua ſum ego, atq; mortuus eſt maritꝰ meꝰ Sep. μάλα. אֲבָל
Geneſ. 42. ℣. 21. Et dixit vnusquiſq; ad fratrem ſuū, maximè rei ſumus ναιόν. אֲבָל

אָבֵל Abel, proprium nomen loci à luctu ſic dictum, ideoq; puncta non alleuantur.
Geneſ. 50. ℣. 10. Et vidit habitator terræ Canaan luctum in arca Arad. & dixerunt אָבֵל
luctus magnus eſt iſte AEgyptijs, ideoq; vocauit nomen eius Abel AEgypti. אָבֵל
1. regum 19. ℣. 16. Eliſam filium Sophat de Abel Mehola vngis in Prophetam. מֵאָבֵל
Iudic. 11. ℣. 34. à Nith viginti ciuitates & vſq; ad Abel vinearum. וְאָבֵל
1. Samuel. 6. ℣. 19. Et vſq; ad Abel magnum (hoc quidam exponunt pro אֶבֶן) אָבֵל
Cum ה locali 2. Sam. 20. ℣. 14. Et tranſiit in omnibus tribubus Iſrael ad Abel. אָבֵלָה

! אוּבַל Fluuius, inductus aquarum, de hoc vide radicem יָבַל affluxit.

אֶבֶן Lapis, eſt generis fœmini, habetq; cognationem cum בָּנָה ædificauit nam ex lapidibus extruuntur ædificia magna, vt legitur Nehemiæ 3. ℣. 33. figuratè de varijs conditionibus lapidum vſurpatur, eſt & aliquando maſculinum, vt,
Pſal. 118. ℣. 22. lapis quē reprobauerūt ædificantes, factus eſt in caput anguli. λίθον. אֶבֶן
In pauſa. Deut. 25. ℣. 13. Ne ſit tibi in ſacculo tuo lapis & lapis, id eſt diuerſa pondera. σάθμιον. וָאָבֶן
In reg. Zach. 4. ℣. 10. Et videbit lapidem ſtanni in manu Zorobabel λίθον. אֶבֶן
Prouerb. 17. ℣. 8. lapis gratiæ eſt munus in oculis habentium illud, id eſt gemma. אֶבֶן־חֵן
Cum affixo 2. regum 3. ℣. 25. Et in quemlibet agrum bonum iecerunt ſinguli lapidem ſuum. λίθον αὐτοῦ. אַבְנוֹ
Plura. Exod. 34. ℣. 1. Dola tibi duas tabulas lapidum, id eſt lapideas λιθίνας. אֲבָנִים
Cum affix. leui. Ezech. 26. ℣. 12. Et lapides tuos & arbores tuas καὶ τοὺς λίθους σου. וַאֲבָנַיִךְ
Cum affix. graui. Nehem. 3. ℣. 33. Et dirumperet murū lapidum eorū. λίθων αὐτῶν. אַבְנֵיהֶם
In reg. Ioſuæ 10. ℣. 11. plures erant qui mortui ſūt lapidibus grandinis. διὰ τοὺς λίθους. בְּאַבְנֵי

אָבְנַיִם Sella parturientis conſtans duplici lapide, item rota figuli. Cognationē habet cum אֹפֶן rota, circumferentia rotæ, & habetur bis in Biblijs ſacris, vt,
Ierem. 18. ℣. 3. Et deſcendi in domū figuli, & ecce ipſe faciebat opus ſuper rotis ἐπὶ τῶν λίθων. הָאָבְנָיִם
In pauſa. Exod. 1. ℣. 16. ſi videritis ſuper rotis, quod ſit filius, occidetis eū.

אַבְנֵט Baltheus ſiue baltheum, quo ſacerdotes in miniſterio ſuo cingebantur, ne diffluerent veſtes, Zona bullis ornata Aleph eſt hæmanthicum. בָּנֶט hinc Band & Binden, cognationem habet cum בֶּטֶן venter, nam baltheus ventrem cingit. Latini conuerſo ב in l literam eiuſdem inſtrumenti dicunt baltheus, duplici autē baltheo vtebantur ſacerdotes, vno præcioſiore, altero viliore.
Exod. 39. ℣. 29. Et fecit baltheum de byſſo retorta, hyacintho & Purpura.
In reg. Leuit. 16. ℣. 4. Et baltheo lini accingetur & cidare coronabitur. ἐν ζώνῃ λινῇ. וּבְאַבְנֵט
Cum affix. Ieſaiæ 22. ℣. 21. Induā eū tunica ſua & baltheo tuo firmabo te. στέφανόν σου. וְאַבְנֵטְךָ
Plur. Exod. 28. ℣. 41. filijs Aharon facies tunicas, & facies eis baltheos. καὶ ζώνας. אַבְנֵטִים

אָבַס Saginauit animalia paſcendo ad præſepe, obeſus & paſtus fuit ad præſepium, & dicitur tantum de animalibus ad præſepia ligatis, quæ ſubſiſtendo & pedibus conculcando ſtramenta, paſcuntur, cognationem habet cum בּוּס calcauit pedibus, hinc βόσκω & βόσκομαι paſco & paſcor, item βοῦς Bos. altile &c.
In 1. Coniug. אָבַס ſaginauit ad præſepe, bis tantum inuenitur, vt.
Prouer. 15. ℣. 17. melior eſt vſitatꝰ cibꝰ oleris & dilectio ibi, quā bos ſaginatꝰ. μόσχων. אָבוּס
1. Reg. 4. ℣. 23. præterq; de ceruis & capreis & bubalis & gallinaceis obeſis. אֲבוּסִים

Inde nomina.

אֵבוּס Præſepe, præſepium, vbi paſcuntur & obeſantur altilia. Ter extat, vt.
Prouerb. 14. ℣. 4. vbi non ſunt boues, præſepe eſt purū, id eſt vacuū. φάτναι καθαραί. אֵבוּס
In reg. Ieſa. 1. ℣. 3. nouit bos poſſeſſorē ſuum, & aſinus præſepe Domini. φάτνην. אֵבוּס
Cum affix. Iob. 39. ℣. 9. aut pernoctabit ad præſepe tuum. ἐπὶ φάτνης σου. אֲבוּסֶךָ

מַאֲבוּס Theca, horreū, pro alendis & ſaginandis animalibus. Semel extat in Biblijs vt,
Plura. cum affix. Iere. 50. ℣. 26. aperite thecas eius. ἀνοίξατε τὰς ἀποθήκας αὐτῆς. מַאֲבֻסֶיהָ

אֲבַעְבֻּעָה Ebullitio, ampulla, vide radicem בָּעָה ebullijt, nam א eſt hæmanthicum.

אָבַק Pugnauit, colluctatus eſt pugnis, deſcendit in arenam, Affinitatem habet cũ
חָבַק amplexus eſt & cum אָבַךְ implicatus eſt, item cum אָפַק impetum fecit. Eſt enim luctari, quando duo alternis pugnis & mutuis amplexibus impliciti, alter alterum impetu quodam proſternere conetur ad terram Hinc deſcendit πυγών πῦγυς pugnus vel cubitus. πὺξ pugnis aduerbialiter.

In 1. Coniuga. paſsiua נֶאֱבַק luctatus eſt. Bis tantum inuenitur, vt.
Geneſ. 32. ℣. 25. Et luctatus eſt vir cum eo, donec aſcenderet aurora. καὶ ἐπάλαιεν. וַיֵּאָבֵק
Et ℣. 26. Et luxata eſt coxa femoris Iacob, dum ipſe luctaretur cũ eo. ἐν τῷ παλαίειν. בְּהֵאָבְקוֹ

Inde nomina.

אָבָק Puluiſculus, puluis tenuis, qui vento excitatus intorquetur vel qui pugnantium ſtrepitu excitatur, vt עָפָר puluis paulo grandior. Sexies legitur in Biblijs ſacris, ſingulariter tantum.
Ieſa. 29. ℣. 5. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo extraneoꝝ tuoꝝ ὡς κονιορτὸς. כְּאָבָק
Cum affixo Leui. Ezechiel 26. ℣. 10. operiet te puluis eorum. κονιορτὸς αὐτῶν. אֲבָקָם
In Reg. Nahum 1. ℣. 3. Et nubes eſt puluis pedum eius κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ. אֲבַק
Et præterea tantum Exod. 9. ℣. 9. Deutro. 28. ℣. 24. Ieſaiæ 5. ℣. 24.

אֲבָקָה Puluis aromaticus, in fœminino genere, Semel vſurpatur in Biblijs ſacris vt.
In Reg. Canticor. 3. ℣. 6. Suffita myrrha & thure, ex õi puluere pigmẽtarij κονιορτῶν. אַבְקַת

אָבַר Remigauit alis ſeu pennis vberioribus, quibus aues in volando vtuntur, & ſe extollunt in altum. Cognationem habet cum בָּרָא creauit, nam in creatione omnia à deo frenia ſunt condita. Hinc πτερόω & πτερόομαι, id eſt volo as, πτερύττω & πτερυγίζω alas moueo. πτερὸν & πτέρυξ, ala, penna, remigium alarum, βαρέω, βαρύνω grauo. βριάω extollo fortifico, βαρέως grauiter, βαρύς grauis fortis, & per methatheſin literarum robur, roboro. &c.

In 3. coniuga. הֶאֱבִיר remigauit, produxit pennas vberiores. Semel extat.
Iob. 39. ℣. 26. num ex intellectu tuo remigabit viſus. ἔστηκεν ἱέραξ. יַאֲבֶר־נֵץ

Inde nomina.

אֵבֶר Membrũ grande, remigiũ alarũ continens pennas vberiores, quibus aues volãt.
Pſal. 55. ℣. 7. Quis dabit mihi pennas veluti columbæ, vt volitem. πτέρυγα. אֵבֶר
Ieſa. 40. ℣. vlt. attollent pennam vt aquilæ. Septuag. πτεροφυήσουσιν. אֵבֶר
Ezech. 17. ℣. 3. aquila magna in alis, atqꝫ longa in pennis. ὁ μεγαλοπτέρυγος. הָאֵבֶר

אֶבְרָה Penna grandior ſeu vberior. Quater legitur in fœminino genere.
Iob. 39. ℣. 13. Ala pauonum iactatur, ſi. penna gratioſa & pluma ei eſt, ἐὰν συλλάβη. אֶבְרָה
Cũ affix. Pſal. 91. ℣. 4. ſub peña ſua proteget te, & ſub alis eiꝰ ſperabis, ὑπὸ τὰς πτέρυγας. בְּאֶבְרָתוֹ
Deutro. 32. ℣. 11. Et expandet alas ſuas, atqꝫ portabit eum remigio. τὰς πτέρυγας. אֶבְרָתוֹ
Plur. cum affix. Pſal. 68. ℣. 14. & pennæ eius cum flauedine auri. ἐν χλωρότητι χρυσίου. וְאֶבְרוֹתֶיהָ

אָבִיר Robuſtus, fortis, vbertus. Tribuitur Deo, & quater legitur, vt.
In Reg. Geneſ. 49. ℣. 24. ex manibus robuſti Iacob, inde paſtor, lapis Iſrael. δυνάστου. אֲבִיר
Ieſaiæ 1. ℣. 24. propterea dicit Dominus Iehoua Zebaoth fortis Iſrael. ἰσχύων ἰσραήλ. אֲבִיר
Pſal. 132. ℣. 2. qui iurauit Domino, vouit robuſtiſsimo Iacobi. τῷ θεῷ ἰακώβ. לַאֲבִיר
Et ℣. 5. donec inuenero locũ Domino, habitaculum robuſto Iacob. τῷ θεῷ ἰακώβ. לַאֲבִיר

אַבִּיר Robuſtus, fortis, tribuitur hominibus, angelis, tauris & equis fortibus, ſæpe vſurpatur vt.
Iob 34. ℣. 20. agitabuntur populi & præteribunt, & amouebunt robuſtum ἀδυνάτων. אַבִּיר
In Reg. 1. Sam. 21. ℣. 7. Et nomẽ eius Doeg idumeus, robuſtus paſtorũ ſaulis. νέμων. אַבִּיר
Cum affix. Ieremiæ [illegible] ℣. 15. quare diſsipatus eſt fortis tuus nec ſtetit. ὁ ἆπις. אַבִּירֶךָ
Plural. Pſalm. 78. ℣. 25. Panem robuſtorum comedit homo. ἄρτον ἀγγέλων. אַבִּירִים
Pſal. 50. ℣. 13. num comedam carnem tauroꝝ & ſanguinem hircoꝝ bibam? ταύρων. אַבִּירִים
Ieremi. 50. ℣. 11. Et hinnietis ſicut robuſti, ὡς ταῦροι. כָּאַבִּירִים
Cum affix. Thren. 1. in ס. Proſtrauit omnes robuſtos meos. τοὺς ἰσχυροὺς μου. אַבִּירַי
In Reg. Pſal. 22. ℣. 13. robuſti Baſan cinxerunt me. ταῦροι πίονες. אַבִּירֵי

אַבְרֵךְ Pater tener, componitur ex אָב pater, & רָכַךְ tener fuit, quidam contendunt א eſſe hæmanthicum, & radicem בָּרַךְ genu flexit, Semel extat tantum.
Geneſ. 41. ℣. 43. Et clamauerunt ante ipſum, pater tener κῆρυξ. אַבְרֵךְ

אֲגֻדָּה Faſcis, faſciculus ex rebus inter ſe ſpecie & ſtatura conuenientibus turmatim collectis, Ein Puſchel. Cognationem habet cum גָּדַד excurrit turmatim. Hinc ἄχθος faſcis, onus, zuſamen gatten. Quater legitur in Biblijs, vt,
2. Sam. 2. ℣. 25. congregauerunt ſe filij Beniamin &c in faſcem vnũ. εἰς συνάντησιν μίαν. לַאֲגֻדָּה
Cum aff. Amos 9. ℣. 6. qui ædificat in cœlo ſolarium ſuũ & faſciculũ ſuũ. ἐπαγγελίαν. וַאֲגֻדָּתוֹ
In reg. Exod. 12. ℣. 22. Et accipietis faſciculum hyſſopi. δέσμην ὑσσώπου. אֲגֻדַּת
Et plur. Ieſa. 58. ℣. 6. ſoluere faſciculos iugi, & emittere colliſos. στραγγαλιάς. אֲגֻדּוֹת

אֲרֻכָּה Longa, ad formam עֲמֻקָּה. Bis inuenitur in ſacris Biblijs, vt,

Iob 11. ℣. 9. Longior terra eſt menſura eius, & latior mari. Sept. μακρότερα. אֲרֻכָּה

2. Sam. 3. ℣. 1. Et fuit bellum longum inter domū Saulis & domū Dauidis. ἐπὶ πολύ. אֲרֻכָּה

אֹרֶךְ Longitudo, protractio in longitudinem, Et reperitur ſæpiſſimè.

Exo. 27. ℣. 1. Et facies altare ex lignis Sittim, quinque cubitorum erit longitudo. τὸ μῆκος. אֹרֶךְ

In reg. Prouerb. 3. ℣. 2. Quia longitudinem dierum & annos vitæ & pacem adijcient. μῆκος γὰρ βίου. אֹרֶךְ

Cum aſſixo. Gen. 13. ℣. penult. Ambula in terra ad longitudinem eius, & ad latitudinem eius. τὸ μῆκος αὐτῆς. לְאָרְכָּהּ

אֲרוּכָה Prolongatio, item medicina ſanans & prolongans vitam. Deinde tribuitur inanimatis rebus, & ſignificat prorogationem ſeu reparationem, vt cum inceptum producitur ſucceſſiuè & non intermittitur, donec penitus fuerit abſolutum. Sexies legitur.

Ierem. 30. ℣. 17. Nam imponam prorogationem (. i. emplaſtrum) tibi, & à plaga tua ſanabo. ἀλγηρὰ. אֲרֻכָה

2. Paral. 24. ℣. 12. Et aſcendit prorogatio (. i. ædificium) operi per manus eorum, אֲרוּכָה

Et Iere. 33. ℣. 6. Ecce ego adducā ei reꝑationē & curationē, & ſanabo eos. συνούλωσιν אֲרֻכָה

Nehem. 4. ℣. 1. Quod aſcēdiſſet prorogatio muris Ieruſalē, & quod cœpiſſent &c. אֲרוּכָה

Cum affix. leui. Ieſai. 58. ℣. 8. Tunc erumpet ſicut aurora lux tua & prolongatio tui &c. ἰάματά σου. אֲרֻכָתְךָ
In reg. Ier. 8. ℣. penult. Cur igit᷑ non eſt impoſita prorogatio filiæ populi mei ἴασις. אֲרוּכַת

אֲרָם Aram, nomen filij Sem, à quo tota terra Aramia ſeu Armenia nomen habet, ſita verſus orientem Iudææ, quæ deinde appellata eſt Syria, & vt lõga latacꝫ eſt, ita quocꝫ in multas regiones ſecundum vrbes præcipuas diuiditur, vt ex ſequentibus locis videbitur. Accipitur etiam gentiliter & collectiuè pro Syro, Eſt enim continens pro contento. Hinc ἑρμηνεύω, ἑρμηνεύομαι, .i. Ebræa in linguam Syriacam reddo, ἑρμηνεία interpretatio, ἑρμηνεύς interpres.
Gen. 10. ℣. 22. Filij Sem ſunt Elam, & Aſſur, & Arphachſchad, Lud & Aram. וַאֲרָם
Ieſ. 7. ℣. 8. Quia caput Syriæ eſt Damaſcus, & caput Damaſci eſt Rezin. ἀρὰμ. אֲרָם
Geneſ. 28. ℣. 2. Surge, vade in Meſopotamiam Syriæ, ad domum Bethuel. εἰς τὴν μεσοποταμίαν. אֲרָם
In reg. 2. Sam. 8. ℣. 5. Et venit Arã Dammeſec ad auxiliandum ipſi Hadatezer. συρία. אֲרַם
2. Sam. 10. ℣. 6. Et conduxerunt Syrum domus Rehob & Syros Zoba. τὴν συρίαν. אֲרַם
Et plura. 2. Reg. 8. ℣. vlt. Quem percuſſerunt Syri in Rama, cum belligeraretur ipſe. οἱ σύροι. אֲרַמִּים
2. Paralip. 22. ℣. 5. Contra Hazael regem Syriæ &c. ſed percuſſerunt Syri ipſum Ioram. οἱ σύροι. הָרַמִּים
Eſt expulſio Aleph pro הָאֲרַמִּים: vel cognominantur Syri elati: רָמַם elatus fuit.

אֲרוֹמִים Syri, & ſic cognominãť ob elationẽ cordis, à ℣bo רוּם idẽ quod רָמַם elatꝰ fuit.
2. Reg. 16. ℣. 6. Et Syri (.i. elati) venerunt in Elath, & habitarunt ibi vſcꝫ in hodiernum. ἰδουμαῖοι. וַאֲרוֹמִים

אֲרַמִּי Syrus. Iod à tergo conſtituit nomen adiectiuum gentile maſculini generis.
Gen. 28. ℣. 5. Ad Laban filiũ Bethuel Syrũ, fratrẽ Rebeccæ matris Iacob ꝛc. τοῦ σύρου. הָאֲרַמִּי
Et cap. 31. ℣. 24. Et venit Deus ad Laban Syrium in ſomno noctis, & dixit ei. הָאֲרַמִּי

אֲרָמִית Syriaca, Et aduerbialiter Syriacè, hoc eſt, in lingua Syriaca &c.
Eſræ. 4. ℣. 7. Et ſcriptura exemplaris erat ſcripta Syriacè, & interpretatio Syriaca. אֲרָמִית
Ieſ. 36. ℣. 11. Loquere queſo ad ſeruos tuos Syriacè, nam nos intelligimꝰ &c. συριστὶ. אֲרָמִית

אַרְמוֹן Palatium, domus ſublimis, & alta, regia domus inſtar arcis magnæ cincta mænijs. Cognationem habet cum רוּם & רָמַם altus fuit, elatus eſt. Hinc ἔρυμα arx propugnaculum, ἐρυμνόω munio ἐρυμνός munitꝰ, ἐρυμνότης munitio, vt eſt turris celſa. Hinc mænia.
Ieſa. 32. ℣. 14. Palatium dimiſſum eſt, copia ciuitatis eſt derelicta. καὶ οἶκοι. אַרְמוֹן
Ierem. 30. ℣. 18. Et palatium (.i. templum) ſuper iudicio (.i. loco) ſuo reſidebit. καὶ ὁ ναός. וְאַרְמוֹן
In reg. 1. Reg. 16. ℣. 18. Et Zimri ingreſſus eſt Palatium domus regis & combuſſit ſe. εἰς τὸν οἶκον. אַרְמוֹן
(χώραις.
Et plur. Amos 3. ℣. 8. Diſpergite rumorẽ contra palatia in Aſdod & contra palatia. אַרְמְנוֹת
In reg. Amos 1. ℣. 4. Et mittam ignem ꝛc. qui deuorabit palatia Benhadad. θεμέλια. אַרְמְנוֹת
Pſ. 48. ℣. penult. Roborate palatia eius. βάρεις αὐτῆς. אַרְמְנוֹתֶיהָ
Cum affix. Ier. 6. ℣. 5. Et diſſipemus palatia eius. θεμέλια.

אֹרֶן Ornus, arbor eſt procera, caudice tereti, cortice leni, non multum diſſimilis אֶרֶז cedro, cum qua cognationem quandam habere videtur. Eſt autem hæc arbor apta fabricandis arcis. Hinc Ornus, & germanicum Ahorn. Semel extat, vt,
Ieſa. 44. ℣. 14. Plantauit ornum, quam pluuia faciet creſcere .i. imbre augebit. (ſimè. אֹרֶן

אָרוֹן Arca, quæ ex orno vel lignis Sittĩ eſt fabrefacta. Vſurpat̃ in vtrocꝫ gẽere ſæpiſ-
Geneſ. 50. ℣. vlt. Et condierunt eum aromatibus & poſuerunt (eum) in arcam in Aegypto. ἐν τῇ σορῷ. בָּאָרוֹן
In reg. Exo. 25. ℣. 10. Et facient arcam lignorum Sittim, duorũ cubitorum. ꝛc. κιβωτὸν. אֲרוֹן
1. Samuel 6. ℣. 1. Et fuit arca domini in campo Philiſtæorum, κιβωτός. אֲרוֹן־יְהוָה

אָרְנָן Ornan, proprium nomen regis Iebuſæi, quem Dauid victum conuertit ad fidem Iſraeliticam, is aream ſuam in Ieruſalem tradebat Dauid ad extruendum ibidem templum pro area domini locando, vt habetur 1. Paralip. 21. Vocatur quoqꝫ alio nomine אֲרַוְנָה & componit̃ ex אָרוֹן arca & נָוָה habitauit, vt eſt 2. Sam. 24. ℣. 20. 21. 22. 23. 24. Et ℣. 16. הָאֲוַרְנָה cum ה demonſtratiuo eſt appellatiuum ex אוֹר lux & נָוָה habitauit, vel decuit, bifariam igitur legi poteſt quaſi dicas אָרוֹן יָהּ arca domini.

אַרְנֶבֶת Lepus, eſt generis epicœni, numeratur inter animalia immunda.

Leuit. 11. ℣. 6. Et leporem, qui reuocat ruminationem, ac vngulam non diuidit. τὸν δασύποδα. הָאַרְנֶבֶת

Deut. 14. ℣. 7. Et Camelum, & leporem, & cuniculum (non comedetis) δασύποδα. הָאַרְנֶבֶת

אֶרֶץ Terra, eſt nomen generaliſsimum comprehendens omnes ſpecies terræ, Et per ſynecdochen ponitur pro hominibus in terra verſantibus, vſurpatur in genere communi. Cognationem habet cum רוּץ cucurrit, & רָצַץ colliſit, itemqꝫ אָצַר theſauros repoſuit, nam terra pedibus hominum colliditur, quæ eadem ſuffodit̃ ad reponendum iſtuc theſauros argenti &c. vel ſuffoditur ad eruendum iſthinc theſauros, id eſt, omnis generis metalla. Hinc per apocopen ἔρα terra, Erde/Item Ertz quod è terra foditur. Sæpiſsimè legitur. Septuag. plerunqꝫ γῆ exponunt.

Exod. 3. ℣. 8. Ad educendum eum de terra hac ad terram bonam & latam, ad terram fluentem. ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης. אֶרֶץ

In regim. Exod. 20. ℣. 1. Ego ſum Iehoua Deus tuus qui eduxi te de terra AEgypti. ἐκ γῆς αἰγύπτου. מֵאֶרֶץ

In pauſa. Pſ. 115. ℣. 15. Benedicti vos à Dño faciente cœlum & terram. ϗ τὴν γῆν. וָאָרֶץ

Et ſic ſemper cum He demonſtratiuo. Pſal. 19. ℣. 5. In omnem terram exiuit regula eoꝝ. τὴν γῆν. הָאָרֶץ

Cum He à fine locali. Ioſ. 5. ℣. antep. Et procidit Ioſua ſuper faciē ſuā ad terrā, ἔραζε. אַרְצָה

Cum affix. Pſal. 136. ℣. 21. Et dedit terram eorum in hæreditatem, quoniam in ſeculum. τὴν γῆν. אַרְצָם

Et plural. Pſalm. 107. ℣. 3. Et de terris congregauit eos ab ortu, & ab occaſu, ab aquilone. ἐκ τῶν χωρῶν. מֵאֲרָצוֹת

In regim. Pſalm. 105. ℣. penult. Et dedit eis terras gentium, & laborem populoꝝ poſſederunt. χώρας. אַרְצוֹת

Cum aff. Gen. 10. ℣. 5. Ab iſtis diuiſæ ſunt inſulæ gentium in terris ſuis. ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. בְּאַרְצֹתָם

אָרַר Maledixit, execratus eſt. Cognationem habet cum אָרָה diſcerpſit, נָאַר irritauit, & cum מָאַר pupugit. Nam maledictis diſcerpitur & compungitur vehementer cor hominis. Hinc ἀράομαι, & καταράομαι καταρῶμαι, id eſt, maledico, ἀρά, ἀρεία, item κατάρα maledictio.

In 1. Coniug. אָרַר & אַר maledixit. In participijs & Infinitiuo perfectè, in reliquis temporibus cum defectu ainpoal vſurpatur. Habet accuſatiuum.

Malach. 2. ℣. 2. Et maledicā benedictionibus veſtris, quin maledixi illi. καταράσομαι. וְאָרוֹתִי

Iob. 3. ℣. 8. Deteſtentur eam ſoliti execrari diem, qui intenti ſunt excitare Leuiathan. Septuag. καταράσαιτο. אֹרְרֵי

Num. 24. ℣. 9. Maledicentes tibi ſint (omnes vt vnus) maledictus, καταρώμενοί σε κεκατήρονται. Deut. 27. ℣. 35. ἐπικατάρατος. אָרוּר

Iud. 5. ℣. 23. Maledicite maledicendo habitatoribus eius. Sep. καταράσασθε. אָרוּר

Num. 23. ℣. 6. cap. 20. ℣. 7. Et nunc vade quæſo, execrare mihi populū iſtū, ἄρασαί μοι. אָרָה

Gen. 12. ℣. 3. Et vilipendenti te maledicam. Septuag. ϗ καταρωμένους καταράσομαι. אָאֹר

Exod. 22. ℣. 26. Et principi in populo tuo non maledices. Septuag. ἐρεῖς κακῶς. תָאֹר

In voce paſsiua. נֵאַר maledictus eſt. Et Nun habet quoqꝫ Zere. Semel extat.

Malach. 3. ℣. 9. Maledictione vos eſtis maledicti, quia me vos defraudatis. נֵאָרִים

In 2. Coniug. אֵרַר maledixit vehementer, execratus eſt continuè.

Gen. 5. ℣. 4. à fine. De terra cui maledixit Iehoua. Sep. habent. ἧς κατηράσατο. אֵרְרָהּ

Num. 5. ℣. 18. 19. 24. 26. 27. Et faciet mulierem bibere aquas amaras, maledictas, ἐπικαταρώμενον. הַמְאָרְרִים

In 3.Coniug.paſsiua הוּאַר factus eſt maledici,maledictus eſt. Semel.
Num. 22.℣.6. Noui enim cui maledixeris, maledictus erit. Sep. οὓς ἂν καταράσῃ σὺ, ἐ κεκατήρανται. יוּאָר

Inde nomen.

מְאֵרָה Maledictio,execratio,Mem à fronte eſt litera hæmanthica ſeu denominatiua. הַמְּאֵרָה
Mal.2.℣.2.Et mittam inter vos maledictionem.Septuag.verterunt κατάραν. מְאֵרַת
In reg.Prou.3.℣.antep.Maledictio Domini in domo impij eſt,κατάρα. מְאֵרוֹת
Et plural. Prouerb. 28. ℣. penult. Abſcondens oculos ſuos,multitudo maledictionum erit ei. ἐν ἀπορίᾳ.
Item, & tantum Deuteron.28.℣.20. Malach.3.℣.9.

אֲרֶשֶׁת Contentio,Efflagitatio,petitio per contentionem & inſtantiam, oratio fiduciæ bonæ,qua aliquid obtinendum & poſsidendum confidimus,à radice inuſitata אָרַשׁ contendit efflagitando. Cognationem habet cum יָרַשׁ poſſedit, & רֶשֶׁה conceſſum eſt. Significat enim ſumma contentione orare pro re impetranda & poſsidenda,vt ea nobis concedatur,Hinc ἐρίζω contendo,ἔρις contentio,lis,&c. Legitur tantum ſemel.
In regimine Pſalm.21.℣.3.Deſiderium cordis eius dediſti illi, & contentionem labiorum eius non remouiſti,id eſt, non negaſti ei. וַאֲרֶשֶׁת

אֵרַשׁ Deſponſauit ſibi puellam in matrimonium, ſubarrhauit, arreſtauit puellam ſibi propriam, vbi maſculus & fœmina inuicem dant pignora ſponſalitia, & annulo ſe mutuo ſubarrhant in ſignum contrahendi matrimonij. Hinc ῥυσιάζω & ῥυσιάζομαι pignus capio,ῥύσιον pignus,arrha,item hinc arreſtare.
In 2.Coniug.אֵרַשׂ deſponſauit.eſt maſculorum actio, Octies extat.
Deuter.20.℣.7. Quis eſt vir, qui deſponſauit vxorem, & nondum accepit eam μεμνήστευται. אֵרַשׂ
2.Sam.3.℣.14.Da mihi vxorem meam Michal,quam deſponſaui.ἣν ἔλαβον. אֵרַשְׂתִּי
Oſeæ 2.℣.19.& 20.Et ſponſabo te mihi in æternum, & deſponſabo te &c.Septuag. μνηστεύσομαι. וְאֵרַשְׂתִּיךְ
Deut.22.℣.23.Si fuerit puella virgo,deſponſata viro.Sep. μεμνηστευμένη. מְאֹרָשָׂה
& ℣.25.& 27.Et inuenerit puellam deſponſatam.Græci μεμνηστευμένην. הַמְּאֹרָשָׂה
Deut.28.℣.29.Mulierem deſponſabis, & vir alius ſtuprabit eam.Septuag. λήψῃ. תְּאָרֵשׂ
In voce paſsiua אֹרָשָׂה deſponſata fuit, tantum de fæmellis. Bis legitur.
Exod. 22. ℣. 16. Si quis pellexerit virginem, quæ nondum eſt deſponſata. Græci ἀμνήστευτον. אֹרָשָׂה
Deut.22.℣.penul.quæ nondum eſt deſponſata.Sep.μεμνήστευται. אֹרָשָׂה

אֵשׁ Ignis,eſt generis communis,accipitur quandoque pro tribulatione.Cognationem habet cum אִשֶּׁה,id eſt, oblatio ignita, Hinc ἑστία Veſta,dea ignis, & focus vbi ignis fouetur, ἐσχάρα & ἔσχαρις focus.Item latinè aſſo,id eſt, cibum ad ignem torreo.Et æſtuo etiam hinc eſt.
Num.16.℣.vlt.Et ignis egreſſus eſt à Domino qui deuorauit ducentos & 50. πῦρ. וְאֵשׁ
Pſ.104.℣.4.Facit angelos ſuos ſpiritus,miniſtros ſuos ignẽ flammantẽ.πυρὸς φλόγα. אֵשׁ
Pſal. 66. ℣. 12. Feciſti inequitare hominem ſuper caput noſtrum, venimus in ignem & aquas. διὰ πυρός. בָאֵשׁ
Cum aff.Iob.18.℣.5.Lux impiorum extinguetur, & nõ ſplẽdebit ſcintilla ignis eius. אִשּׁוֹ
Ieſa.66.℣.vltim.Quia vermis illorum non morietur, & ignis illorum non extinguetur. τὸ πῦρ αὐτῶν. וְאִשָּׁם
Et cap.50.v.vlt.In luce ignis veſtri, & in flammis quas accendiſtis. τοῦ πυρὸς ὑμῶν. אֶשְׁכֶם

אִשֶּׁה Ignitum,oblatio ignita,ſacrificium igni deſtinatum, cuius pars aliqua igni concremabatur, & pars altera à ſacerdotibus & eorum maſculis comedebatur.Compoſitum eſt,ex אֵשׁ id eſt ignis, & שֶׂה id eſt,pecus.Hinc ἑστιάω,ἑστιάομαι comedo,epulor, conuiuium habeo, ἐσθίω,ἔσθω comedo aſſa ad ignem.

Leu.7.℣.5.Et incendet illa ſacerdos ad altare, ſacrificiū ignitū ipſi Iehoua. κάρπωμα. אִשֶּׁה
In reg.Num.15.℣.14.Et faciet ignitum odoris ſuauitatis ipſi Iehoua.κάρπωμα ὀσμῆς אִשֵּׁה
Et plur.Cum aff.Num.28.℣.2.Cibū meū in oblationes ignitas meas.καρπώματά μου. לְאִשַּׁי
Leu.6.℣.17.Pro parte eoꝝ dedi hoc ipſum de ignitis meis.ἀπὸ τῶν καρπωμάτων κυρίου מֵאִשָּׁי
In regimin. Deuter. 18.℣.1. Non debetur Sacerdotibus hæreditas &c. ſed ignita Domini. καρπώματα. אִשֵּׁי

אִשָּׁה Mulier, vxor, vide radicem אִישׁ vir, maritus.

אֶשֶׁד Scatebra, effuſio & metus aquaꝝ exundantium, alueus in quo ſcaturigines aquaꝝ præterlabuntur. Chaldæis eſt familiare pro שְׁפַךְ effudit, Hinc ש reſoluto in ſc eſt ſcateo, ſcaturigo, & Germanicè **ſchütten/außſchütten**/Sept. inuariatū reliquerunt.
Num.21.℣.16. Et ſcatebra torrentium quæ declinat ad habitationem Ar. וְאֶשֶׁד

אֲשֵׁדוֹת Scatebræ, ſcaturigines, effuſiones aquaꝝ. Sexies vſurpatur in Biblijs, vt,
Ioſ.10.℣.40.Et ꝑcuſsit Ioſua omnē terrā, montana &c. & ſcatebras, & oēs reges eoꝝ וְהָאֲשֵׁדוֹת
Cap.12.℣.8.In monte & in conuallibus & in campeſtribus, & in ſcatebris. וּבָאֲשֵׁדוֹת
Deut.3.℣.17.cap.4.℣.vlt.Ioſuæ 12.℣.3.cap.13.℣.19.Sub ſcatebris piſga, i.collis. אַשְׁדּוֹת

אֻשִּׁיָּה Coaſſatio ædificioꝝ, ab inuſitata radice אָשָׁה idē quod אָשַׁשׁ. Semel habetur. Plur.Ier.50.℣.15.Collapſa ſunt aſſamenta (i.fūdamēta) Quod ſecundū puncta legit̃ אָשְׁיוֹתֶיהָ. Et ſecundum literas אֲשׁוּיֹתֶיהָ coaſſata eius in paul fœminino.

אֶשֶׁךְ Scrotum, in quo ſunt teſticuli. Cognationē habet cū חֹשֶׁךְ i.tenebræ, nam ea pars corporis tegit̃ & obſcurat̃. Hīc ὀρχέα, ὄρχη, ὀρχεὸς & ὀρχεὸν ſcrotum, ἰσχίον coxa. 1. extat. In pauſa, Leu.21.℣.5.à fine. Aut impetigo, aut contritio teſticuli, habens vnum teſticulum. μονόρχις. אָשֶׁךְ

אֶשֶׁל Nemus, arbuſtū, ſylua, locus conſitus arboribus ſaluis.i.Deo conſecratis, vt iſtuc confugientes & inuocantes Deū, eſſent ſalui & tuti à direptione. Cognationē habet cum שָׁאַל rogauit, & שָׁלֵו ſaluus & tutus fuit. Hinc eſt per conuerſionem ἄλσος & ἀλσώδης nemoroſus, item ἄσυλον aſylum. Huiuſmodi lucum plenum quercubus glandiferis plantauerat Abraham, ne Abimelech rex Gerar & ſerui eius iniuriam facerēt ei obturādo puteos aquaꝝ. Hoc imitatus Romulus conſtituit Aſylū Romę inter capitoliū & palatiū in luco ſacro, quod quercetū dicitur. Virg.lib.8. Hinc lucū ingentē quē Romulus acer aſylum. Vſurpatur ter in Biblijs ſacris, vt, (ραν.
Gen.21.℣.penul.Et plātauit nemus in Berroſcheba, & inuocauit ibi nomē dñi.ἄρου- אֶשֶׁל
1.Sam.22.℣.6.Et Saul ſedebat in Gibea ſubter quercum in Rama.Septuag. ἄρουραν. הָאֶשֶׁל
Et cap.31.℣.vlt.Et tollentes oſſa eoꝝ ſepelierunt ſubter arborem in Iabes. הָאֶשֶׁל
Pro hac arborē ſeu aſylo 1.Par.10.℣.12.ſcribitur אֵלָה ilex.

אֶשְׁכֹּל Botrus, vide שָׁכַל.

אַשְׁכְּנַז Aſcenas, filius Gomer filij Iapeti quem genuit Noah. Hinc deſcendunt Aſcanij in Aſia minori, vbi quoqꝫ fluuius Aſcanius. Iudæi hoc nomine vocant Germanos ſeu Teutones. אַשְׁכְּנַז
Gen.10.℣.3.Et filij Gomer ſunt Aſcenas, & Riphath & Thogarma. וְאַשְׁכְּנַז
Ier.51.℣.25.Accerſite contra eam regna Ararat, Minnæoꝝ & Aſcenas.

אָשַׁם Deliquit ignominioſè, ſceleratè egit vt eum pudeat tædeatqꝫ facti, culpabilis fuit, turpiter ſe dedit, ita vt propter culpam ſeu pœnam nondum expiatam affletur ſeu exibiletur ab hominibus. Si rebus inanimatis tribuitur, ſignificat turpiter deſolari vel deſtrui cum deteſtatione, Ideoqꝫ cognationem habet cum שָׁמֵם & יָשַׁם deſolatus eſt, item cum נָשַׁם anhelauit, nam res turpis cū afflatu quodam fit deſolationi. Hinc per inuerſionem radicis μυσάττομαι abominor, μῦσος ſcelus turpe.

In 1.Coniug. אָשֵׁם & in diſtinctione אָשָׁם deliquit, deſolatus eſt. Eſt verbum intranſitiuum, aliquando ponitur cum ב & aliquando cum Datiuo.
Num.5.℣.7.Et quintam partem illi ſuperaddat, detqꝫ illi in quem deliquit. ἐπλημμέλησεν. אָשַׁם
Le.4.℣.13.Et fecerint vnū de oībus ꝓceptis Iehoua, quæ nō debēt fieri & deliquerint. וְאָשֵׁמוּ
Gen.42.℣.22.Verè delinquentes (ſeu culpabiles) ſumus ꝓpter fratrem noſtrum. אֲשֵׁמִים

Leu.5.℣.18. Hæc eſt hoſtia dilecti, ſi quis delinquendo deliquerit Domino. אָשֹׁם
Oſeæ 13.℣.1. Cū loqueret Aephraim, tremor erat, &c. ſed deliqt in Baal. ϗ ἔθετο. וַיֶּאְשַׁם
Et cap.14.℣.1. Deſolabit Samaria, quòd exacerbauit Deum ſuū. ἀφανισθήσεται. תֶּאְשַׁם
Ezech.25.℣.12. Et deliquerunt delinquendo vlciſcentes ſe de eis. וַיֶּאְשְׁמוּ
Pſalm. 34. ℣ penult. Occidet impium ſua ipſius malicia, & qui oderunt iuſtum, delinquent. πλημμελήσουσι. יֶאְשָׁמוּ
Et ℣. vlt. Redimit Iehoua animam ſeruorum ſuorum, & non delinquent omnes q ſperant. πλημμελήσουσι. יֶאְשְׁמוּ
Ezech.6.℣.6. Excelſa deſtruentur, & turpia erunt altaria tua, id eſt, turpiter deſolabuntur. יֶאְשְׁמוּ

In voce paſsiu a נֶאְשַׁם turpiter tractatus eſt, ignominioſè deſolatus eſt. Semel.
Ioel.1.℣.18. Nam non eſt pabulū eis, etiam greges ouiū deſolati ſunt (turpiter.) נֶאְשָׁמוּ

In 3. Coniug. הֶאֱשִׁים affecit ignominia, deſolauit. Semel tantum.
Pſal.5.℣.11. Affice eos turpitudine vt decidant à conſilijs ſuis (vel perage eos reos) הַאֲשִׁימֵם

Inde nomina.

אָשָׁם Delictū atrox, culpa, reatus. In ritibus ſacrificiorum leuiticorum ſignificat, hoſtiam pro delicto.
Gen.26.℣.10. ferè cubuiſſet aliquis cum vxore tua, & induxiſſes ſuper nos delictū. אָשָׁם
Num.5.℣.7. Et ſi non fuerit viro redemtor ad reſtituendum delictum, id eſt, rem raptam. πλημμέλημα. הָאָשָׁם
Ieſa.53.℣. antepenultim. Si poſuerit hoſtiam animam ſuam, videbit ſemen. περὶ ἁμαρτίας. אָשָׁם
Cum affixo leui, Leuit.5.℣.6. Et offeret hoſtiam ſuam Domino pro peccato quod peccauit. אֲשָׁמוֹ
Num.18.℣.9. Omnis oblatio quæ fit pro ſacrificio eorū, & pro omni delicto eorū. אֲשָׁמָם

אַשְׁמָה Delictum turpe, reatus culpæ ſiue pœnæ, item turpitudo, ob ſcelus aliquod.
Eſræ 9.℣.7. fuimus in delicto magno vſq; in hodiernum diem. בְּאַשְׁמָה
Cum aff. leui. Eſr.9.℣. vlt. Ecce nos ſumus coram te in delicto noſtro. בְּאַשְׁמָתֵנוּ
In reg. Leu.4.℣.3. Si ſacerdos vnctus peccauerit iuxta delictum populi. לְאַשְׁמַת
Et plur. 2. Par.28.℣.10. Nonne nobiſcum ſunt delicta contra Dominum Deum noſtrum. אֲשָׁמוֹת
Cum affixis. Pſalm.69.℣.6. Deus tu nouiſti ſtulticiam meam, & delicta mea à te non ſunt &c. אַשְׁמוֹתַי

אַשְׁמָן Deſolatio, turpitudo, locus turpis & omnibus ſpurcitijs plenus. Semel extat.
Plur. Ieſ.59.℣.10. Impegimus in meridie tanquam in crepuſculo, in deſolationibus. בָּאַשְׁמַנִּים

אֶשְׁנָב Tranſenna, feneſtella, feneſtræ minor pars, vide radicem ſuam שָׁנַב &c.

אַשָּׁף Sophus, ſapiens in aſtrologia & in auſpicijs, augur, auſpex. R. Abraham putat medicum ſignificare, qui brachij pulſu, aut vrina cognoſcit alterationem corporis. Cognationem habet cum נָפַשׁ .i. animauit, nam ſapientia eſt virtus animi, per aphæreſin Græci & latini deducunt σοφὸς ſapiens, σοφίζομαι ſapio. In Biblijs ſacris reperitur tantum bis, vt,
Plur. Dan.1.℣. penul. Super omnes ariolos & ſapientes qui erāt in toto regno eius. הָאַשָּׁפִים
Et cap.2.℣.2. Et iuſsit rex conuocare ariolos & ſapientes & incantatores. וְלָאַשָּׁפִים

אַשְׁפָּה Pharetra, de hoc vide radicem שָׁפָה præcipitauit.

אַשְׁפֹּת Fimus, ſtercus, de hoc vide radicem שָׁפַת poſuit, collocauit.

אֶשְׁפָּר Fruſtum carnis bouinæ ad ignem aſſatæ. Componitur ex אֵשׁ ignis, & פַּר bos. Et non legitur niſi bis tantum, vt iam ſequitur.
2. Sam.6.℣.19. Placentam panis vnam, & fruſtum carnis bouinæ, &c. וְאֶשְׁפָּר
1. Paral.16.℣.3. Et diuiſit vnicuiq; ꝛc. tortam panis, & fruſtum carnis &c. וְאֶשְׁפָּר
Hiero. Vertit, & aſſaturam bubulæ carnis vnam.

אָשַׁר Fœlix fuit, fortunatus eſt, beatus fuit. Cognationem habet cum יָשַׁר rectus fuit, & cum ראשׁ .i. caput. Nam qui recti ſunt corde, aut recta via incedunt, non declinantes ad dexterã neqꝫ ad ſiniſtram, dicuntur beati, ſeu optimi & felices. Hinc ἀριστεύω optimè me gero, ἄριστος optimus.

In 1. Coniug. אָשַׁר fœlix fuit, beatus fuit. Eſt verbum neutrum. Semel.
Prou. 9. ℣. 6. Derelinquite fatuitates, & viuite, & fœlices eſtote in via intelligentiæ, וְאִשְׁרוּ
Vel fœliciter incedite in via intelligentiæ.

In 2. Coniugat. אִשֵּׁר beatificauit, beatum prædicauit, fœlicitauit.
Gen. 30. ℣. 13. Nam beatam me dicent filiæ, vocauitqꝫ nomen eius Aſer. אִשְּׁרוּנִי
Mal. 3. ℣. 16. Et nũc nos beatificamus arrogãtes, quin ædificãtur patrãtes impietatẽ. מְאַשְּׁרִים
Ieſ. 9. ℣. 16. Et erunt beatificantes populũ hũc ſeductores, & beatificati eius abſorpti. וּמְאֻשָּׁרָיו
Ieſ. 1. ℣. 17. Beatificate oppreſſum (i. ſubuenite oppreſſo) & iudicate pupillum. אַשְּׁרוּ
Prou. 23. ℣. 19. Audi fili mi, & eſto prudens, & beatum fac in via cor tuum. וְאַשֵּׁר
Et cap. 4. ℣. 14. Iter impioꝝ ne ingrediaris, & ne beatum te ducas in via maloꝝ. תְּאַשֵּׁר
Pſ. 72. ℣. 4. à fine. Et benedicentur in eo, omnes gentes beatum prædicabunt eum. יְאַשְּׁרוּהוּ

In voce paſsiua. אֻשַּׁר beatificatus eſt, fœlicitatus eſt. Semel inuenitur.
Pſal. 41. ℣. 3. Iehoua cuſtodiet eum, & viſitabit eum, beatificabitur in terra. יְאֻשַּׁר
Traditio Maſoreth habet וְאֻשַּׁר & beatificabitur, vt legatur in præterito cum Vau conuerſiuo, aut cum Iod in futuro, quod idem eſt.

Inde nomina.

אֶשֶׁר Beatitudo, fælicitas, fortuna. In ſtatu autem abſoluto non reperitur, ſemel tantum.
Cum aff. Gen. 30. ℣. 13. Et dixit Lea, in beatitudine mea. i. feliciter mihi ceſsit. בְּאָשְׁרִי

אֹשֶׁר Beatitudo, fælicitas, &c. Abſolutè nõ legiť ſed tantũ cũ aff. & in regimine plurali, atqꝫ latinis exponiť plerũqꝫ aduerb. benè, fœliciter, aut ꝑ nomen adiectiuũ beatus.
Cum aff. Pro. 29. ℣. 18. at cuſtodiens legem, beatitudo eius. אַשְׁרֵהוּ
Eccl. 10. ℣. 17. O te beatam terram, quum rex tuus eſt filius heroum. אַשְׁרֵךְ
Et plur. cum aff. Pſ. 128. ℣. 2. Beatitudines tuæ, & bonum tibi erit. אַשְׁרֶיךָ
Prou. 16. ℣. 20. Et confidens in Iehoua, beatitudines illius ſunt (vel benè illi eſt.) אַשְׁרָיו
Ieſ. 32. ℣. vlt. O vos fœlices, qui ad omnes aquas ſeritis, immittentes pedem bouis. אַשְׁרֵיכֶם
In reg. Pſ. 1. ℣. 1. Beatitudines viri (i. beatus vir) ꝗ nõ ambulat in conſilio impioꝝ. אַשְׁרֵי

אַשּׁוּר Greſſus fœlix, inceſſus rectus, directio itineris, fœlicitas ambulationis.
Cum aff. Iob. 23. ℣. 11. Greſſum eius tenuit pes meus, viam eius obſeruaui. בַּאֲשֻׁרוֹ
Et plur. cum aff. Pſ. 40. ℣. 3. Erexit ſuper petra pedes meos, direxit greſſus meos. אֲשֻׁרָי
Pſal. 37. ℣. 31. Lex Dei eius in corde ſuo eſt, non nutabunt greſſus eius. אֲשֻׁרָיו

אַשּׁוּר Greſſus, inceſſus, Item proprium nomen filij Sem qui Aſſyriæ eſt autor.
Cum aff. Iob. 31. ℣. 7. Si deflexit greſſus meus à via, & poſt oculos meos abijt cor. אַשֻּׁרִי
Pſ. 17. ℣. 11. Greſſum noſtrum nunc circumdederunt nobis. אַשֻּׁרֵנוּ
Gen. 10. ℣. 11. De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniue & plateas. אַשּׁוּר
Pſ. 83. ℣. 9. Atqꝫ Aſſur collectus cum illis, fuerunt brachium filijs Loth. אַשּׁוּר
Cum He locali. 2. Reg. 17. ℣. 6. Cepit rex Aſſyriæ Samariã, & tranſtulit Iſrael &c. אַשּׁוּרָה

אַשּׁוּרִי Aſſyrius, Eſt nomen patronymicum. Vſurpatur tantum bis, vt,
2. Sam. 2. ℣. 9. Conſtituit regem ſuper Gilead & ſuper Aſſyrium. הָאֲשׁוּרִי
Et plur. Ezech. 27. ℣. 5. Aſſerem tuum fecerunt ex ebore Aſſyrioꝝ. אֲשֻׁרִים

אֲשֵׁרִים Luci dedicati ad cultum diuinum, quibus aliquid fœlicitatis ineſſe putabatur.
1. Reg. 14. ℣. 23. Extruxerunt & ipſi ſibi excelſa, ſtatuos & lucos in omni colle alto. אֲשֵׁרִים
Cum aff. Exod. 34. ℣. 13. Statutas eoꝝ confringetis, & lucos eius ſuccidetis. אֲשֵׁרָיו
Deut 7. ℣. 5. Et lucos eoꝝ ſuccidetis, & ſculptilia eoꝝ comburetis igni. וַאֲשֵׁירֵהֶם
Item Exod. 34. ℣. 13. Iudic. 6. ℣. 28. Ier. 27. ℣. 2. & 1. Reg. 14. ℣. 15. 23. Deut. 12. ℣. 3. Eſai. 17. ℣. 8. Cap. 27. ℣. 9. &c.

אֲשֵׁרָה Lucus ad cultum Dei beatificatus ſeu conſecratus.
Deut. 16. ℣. pen. Nõ plantabis tibi lucũ vllius arboris iuxta altare Iehoua Dei tui. אֲשֵׁרָה
2. Reg. 17. ℣. 16. Et fecerunt ſibi lucum & ſupplicauerunt omni exercitui cœloꝝ. אֲשֵׁירָה
Et plur. Iud 3. ℣. 7. Et obliti ſunt Iehoua Dei ſui, & coluerunt Baalim & lucos. הָאֲשֵׁרוֹת
Item Iudic. 3. ℣. 7. cap. 6. ℣. 25. 26. 28. 30. & 1. Reg. 15. ℣. 13. cap. 16. ℣. 35. Cap. 18. ℣. 19. & 2. Reg. 13. ℣. 6. & Cap. 21. ℣. 8. &c.

תְּאַשּׁוּר Thaſſur, nomen arboris, Hieronymus tranſtulit buxum. Bis inuenitur.
Ieſ. 41. ℣. 19. & cap. 60. ℣. 13. Ponã in ſolitudinem fraxinum, vlmum & thaſſur ſimul. תְּאַשּׁוּר

אֲשֶׁר Pronomen relatiuum vtriuſq; generis & numeri, qui, quæ, quod, & rectà refert illud quod præceſsit greſſu ſuo. Et aliquando coniunctio quòd. Aſſumit quoq; hoc pronomen à fronte literas ſeruiles iuxta diuerſoꝝ caſuum rationem.

Pſal. 1. ℣. 1. Beatus vir qui non ambulat in conſilio impioꝝ, & in via peccatoꝝ. אֲשֶׁר
Et ℣. 3. Et erit tanq; arbor plantata ſecus riuulos aquaꝝ, quæ fructũ ſuũ dabit in tẽ- אֲשֶׁר
pore ſuo, & foliũ eius nõ defluet, & omne quod faciet proſperabitur. אֲשֶׁר
Pſ. 8. ℣. 4. Nam videbo cœlos tuos, &c. lunam & ſtellas quæ tu fundaſti. אֲשֶׁר
2. Reg. 6. ℣. 22. Et dixit, non percuties, illud quod cepiſti gladio tuo & arcu tuo, &c. הַאֲשֶׁר
1. Sam. 30. ℣. vlt. Et eis qui erant in Hebron miſit Dauid de ſpolijs, &c. לַאֲשֶׁר
Ruth. 1. ℣. 17. In quo (i. vbicunq;) morieris, moriar, & ibi ſepeliar. בַּאֲשֶׁר
Ieſ. 43. ℣. 4. Ex eo (i. eo quod) carus fuiſti in oculis meis, honoratus es, &c. מֵאֲשֶׁר
Deuter. 5. ℣. 10. Obſerua diem Sabbathi vt ſanctifices eum, ſecundum quod præcepit tibi, &c. כַּאֲשֶׁר

Deinde pronomen hoc abſq; literis ſeruilibus ſæpe nullius eſt caſus, ſed tantum affixum ſequens reddit relatiuum. Ita quoq; aduerbia שָׁמָּה מִשָּׁם שָׁם fiunt relatiua.

Deuteron. 4. ℣. 7. Et quæ eſt gens magna, cui dij ſunt tam propè, ſicut Iehoua Deus noſter. אֲשֶׁר־לוֹ
Gen. 28. ℣. 13. Terram ſuper qua cubas tibi dabo & ſemini tuo. אֲשֶׁר־שָׁם
Gen. 2. ℣. 11. Quia circuit totam terram Hauila, vbi eſt auꝝ. אֲשֶׁר
Deuteron. 7. ℣. 1. Cum deduxerit te Iehoua Deus tuus ad terram, quò tu venis ad poſsidendum. אֲשֶׁר

אֲשִׁישׁ Coaſſatio tabularum, dolium vini ex aſſeribus compactum & coaſſatum, vas aſsibus ſeu tabulis ſectilibus conglutinatum. Legitur hoc nomen pluraliter tantum, ideoq; vertemus aſſamenta. Cognationem habet cum יָשִׁישׁ antiquus, durabilis, nam quod bene coaſſatum eſt, diutius durat. Hinc aſſo, coaſſo, aſsis, aſsula, Item coaxo & axes vel aſſes pro aſſeribus, bis reperitur.

Plur. In reg. Ieſ. 16. ℣. 7. De aſſamentis Kirharæſeth meditabimini. i. lugebitis. לַאֲשִׁישֵׁי
Oſeæ 3. ℣. 1. Et ipſi reſpiciunt ad Deos alienos, & diligũt aſſamenta vuaꝝ. πέμματα. אֲשִׁישֵׁי

אֲשִׁישָׁה Aſſula, lagena, dolium vini ex aſſeribus concinnatum, capiens aſſem, hoc eſt, quantum homini per diem ſufficit, ter legitur.

2. Sam. 6. ℣. 19. Et diſtribuit &c. fruſtum carnis vnum, atq; lagenam vnam. וְאֲשִׁישָׁה
1. Paralip. 16. ℣. 3. Et diſtribuit cuiq; &c. tortam panis, fruſtum carnis, & lagenam (vini.) וַאֲשִׁישָׁה
Et plur. Cant. 2. ℣. 5. Fulcite me dolijs. i. lagenis ſeu vaſis plenis vino. בָּאֲשִׁישׁוֹת

אֵשֶׁת Vxor, mulier, de hoc vide in radice אִישׁ id eſt vir, &c.

אָתָא Imminuit alicui, venit properè, adproperauit, idem quod אָתָה Et cognationem habet cum יָאַת conuenit. Item affinitate iunctũ eſt verbo דָּאָה volauit, aduolauit. Hinc ἐθύω impetu feror, θύω, θύνω, propero, curro, &c.

In 1. Coniug. אָתָא venit properè, adproperauit, Abſolutè vel cum datiuo. Ter legitur.

Ieſ. 21. ℣. 12. Dixit cuſtos, venit (vel imminet) mane & etiam nox. אָתָא
Ier. 3. ℣. 22. Ecce nos venimus tibi, quia tu es Iehoua Deus noſter, pro אָתָאנוּ: אָתָנוּ
Deut. 33. ℣. 21. Et venit cum principibus populi, iuſticiam Dei fecit & iudicia &c. וַיֵּתֵא
Eſt craſis punctoꝝ cum eliſione Aleph pepoal, pro וַיֶּאֱתָא amplius non legitur.

אָתָה Venit properè, approperauit, accurrit, idem quod אָתָא venit properè. Cognationem habet cum יָאַת conuenit animo, id eſt, conſenſit, & cum דָּאָה volauit, aduolauit. Hinc θέω, θάω, θεέσκω, θοάω, θοάζω, i. propero, feſtino, curro.

In 1. Coniug. אָתָה venit, adproperauit, ſtatim venit, ex tempore venit.
Deut. 33. ℣. 2. Et venit à decem millibus ſanctoꝝ, à dextera eius eſt ignea lex. אָתָה
Ieſ. 41. ℣. 23. Indicate venientia in poſteꝝ, & cognoſcemus quod Dij ſitis vos. הָאֹתִיּוֹת
Et cap. 21. ℣. 12. Si interrogaueritis, interrogate: reuertimini & approperate. אֵתָיוּ
Prou. 1. ℣. 27. Et quando calamitas veſtra ſicut turbo venerit, quum irruerit, &c. יֶאֱתֶה
Iob. 3. ℣. pen. Quia timorem timui, & venit mihi, & quod formidaui accidit mihi. וַיֶּאֱתָיֵנִי
Ieſa. 41.

Ieſa. 41. ℣. 5. Extremitates terræ trement, appropinquauerunt, & venerunt. וַיֶּאֱתָיוּן

Michæ. 4. ℣. 8. Et tu turris gregis, propugnaculum filiæ Zion vſq; ad te veniet. תֵּאתֶה

Ieſaiæ 41. ℣. 25. Excitaui ab aquilone &c. & venit, &c. Ad formam וַיַּעַשׂ: Legitur præterea tantum Deut. 33. ℣. 21. Ieſai. 56. ℣. 9. & 12. Iob. 16. ℣. 22. Iob 37. ℣. 14. Iob. 37. ℣. 22. Pſ. 68. ℣. 32. Ieſa. 44. ℣. 7. & 25. cap. 45. ℣. 11. וַיֵּאת

In 3. Coniugatione הֶאֱתָה & per ſynæreſin הֵתָה fecit venire, attulit. Bis.

Ieſa 21. ℣. 14. In occurſum ſitientis (.i. obuiam ſitienti) attulerunt aquas habitatores. הֵתָיוּ

Iere. 12. ℣. 9. Colligite omnes beſtias campi, afferte ad comedendum. הֵתָיוּ

Inde nomina.

אוֹת Signum quod portendat ventura, portentum cuius prædictio iam imminet.

Exo. 4. ℣. 8. Si nõ obedierint voci ſigni prioris, credẽt ꝓpter vocẽ ſigni poſterioris. הָאֹת

Deu. 13. ℣. 2. Si ſurrexit in medio tui ꝓpheta aut ſomniator, & dederit tibi ſignum. אוֹת

In regim. Gen. 17. ℣. 11. Et erit in ſignum fœderis inter me & inter vos. לְאוֹת

Et plur. Gen. 1. ℣. 14. Et erunt in ſigna & tempora, & in dies & annos. לְאֹתֹת

Cum affixis, Pſ. 74. ℣. 4. Rugierunt hoſtes tui &c. ſigna ſua poſuerunt pro ſignis. אוֹתֹתָם

In regimine. Ierem. 10. ℣. 2. Et à ſignis cœli ne conſternamini. וּמֵאוֹתוֹת

אֶת Eſt ſignum vel articulus accuſatiui caſus omnis generis & numeri, ſemperq; properando refertur ad nomen ſequens, quo cum conſtruitur, & nunq; abſolutè ponitur; Hinc græci reſeruato τ addunt terminationem ſui accuſatiui, vt. τὸν τὴν τὸ.

Gen. 1. ℣. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Septuag. τὸν οὐρανὸν. אֵת

1. Reg. 6. ℣. 6. à fine Et ſic fecit oſtio templi poſtes de lignis pineis ex quadrato. מֵאֵת

Cum Maccaph Gen. 1. ℣. 4. Et vidit Deus lucẽ quod bona eſſet, & diſtinxit Deus. אֶת

Cum affixis grauib9. Gen. 31. ℣. antep. Et benedixit eis (.i. valedixit eis) & abijt. אֶתְהֶם

Deut. 4. ℣. 1. Et nunc Iſraël audi ſtatuta & iudicia quæ ego doceo vos ad faciendũ. אֶתְכֶם

Et bis cum Holem. Ezech. 23. ℣. 5. à fine. Et homines iuſti illi iudicabunt eos. אוֹתְהֶם

Ibidem ℣. antep. Et obruet eas lapidibus cœtus, & excindet eas gladijs ſuis. אוֹתְהֶן

Cum affixis leui. ſemp habet Holem. Gen. 15. ℣. 5. Et eduxit eum foras, atq; dixit. אֹתוֹ

Ezech. 34. ℣. 2. Heu paſtorib9 Iſrael qui paſcebant ſe, an non gregẽ paſcere debent? אוֹתָם

Exo. 35. ℣. 26. Sed & õẽs mulieres quas incitabat cor ſuũ, neuerunt induſtriè pilos. אֹתָנָה

Gen. 17. ℣. 2. Et dabo fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementiſs. אוֹתְךָ

In pauſa. Ezech. 2. ℣. 1. Et dixit ad me, Fili hoĩs ſta ſuper pedes tuos & loquar tecũ. אֹתָךְ

In fœminino genere Gen. 12. ℣. 12. Et dicent, vxor eius eſt, & interficient me, & te viuum ſeruabunt. וְאֹתָךְ

Ieſa. 54. ℣. antep. En congregando congregabitur, ſed abſq; me. מֵאוֹתִי

אָתוֹן Aſina. Nun à tergo eſt ſeruile conſtituens genus fœmininum, ad formam רָצוֹן voluntas, dicitur autem ab אָתָה properauit. Quia homines in feſtinatione vtebantur aſinis, ſunt autem multæ ſpecies aſinarum. ת blæſè prolatum eſt aſina. &c.

2. Reg. 4. ℣. 24. Et ſtrauit aſinum & dixit, ne ſis mihi mora ad inequitandum. הָאָתוֹן

Cum affix. Gen. 49. ℣. 11. Ligans ad Vitem pullum ſuũ, & ad palmitẽ filiũ aſinæ ſuæ. אֲתֹנוֹ

Et plural. Geneſ. 12. ℣. 16. Abraham habebat oues & boues, aſinos & ſeruos & ancillas, & aſinas. ἡμίονοι. וַאֲתֹנֹת

Iudic. 5. ℣. 10. Qui aſcenditis ſuper aſinas candidas. אֲתֹנוֹת

אַתָּה Tu, pronomen ſecundæ perſonæ, vidæ אַנְתְּ.

אֵתָן Et frequentius אֵיתָן vehemens, durus, grauis, difficilis & ſubſtantiuè vehementia, duricies, difficultas. Cognationem habet cum אָרוֹן .i. Dominus, potens, אֹרֶן baſis firma & dura, item תַּנִּין Thynnus, draco marinus, piſcis prægrandis, hæc enim omnia vehementiam & grauitatem continent. Hinc eſt δεινός vehemens, grauis, δεινόω aggrauo, exaggero, δεινότης & δείνωσις vehementia, δεινῶς vehementer.

Iere. 5. ℣. 15. Ecce ego mitto contra vos regentem vehementem .i. fortem, ἰσχυροί. אֵיתָן

Num. 24. ℣. 22. Fortis eſt ſedes tua, & pone ſuper petra nidum tuum. אֵיתָן

Deut. 21. ℣. 4. Et educent ſeniores ciuitatis vitulam illam in vallem durã .i. ſaxoſam. אֵיתָן

Pſ. 74. ℣. 15. Tu exiccaſti flumina vehementiæ .i. quæ vehementer fluebant. אֵיתָן

Iob. 33. ℣. 19. Et multitudo oſſium eius eſt vehementia .i. vehemens dolor eſt in eis. אֵתָן

Amos 5. ℣. 24. Reuelabitur vt aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens vehemens. אֵיתָן

Cum affix. leui. Exo. 14. ℣. 27. Et reuerſum eſt mare ante mane in vehementiam ſuã. לְאֵיתָנוֹ

Et plur.Mich.6.℣.2.Audite montes iudicium Domini,duriſsima fundamēta terræ. הָאֵתָנִים
Iob 12.℣.19.Abducit ſacerdotes,vt ſpolium,& fortes deflectit.Sept. δυνάστας. וְאֵיתָנִים
1.Reg.8.℣.2.Et congregati ſunt ad regem Salomonem omnes viri Iſraelis in menſe
robuſtoꝝ,i.quo fortes Iſraelis arcā in tēplū ſtatuerūt,& hoc factū ē 7. mēſi. ἀθανείν. הָאֵתָנִים
Præterea tantum Gen.49.℣.24.Iob 31.℣.19.Prou.13.℣.15.Iere.49.℣.19. cap.50.℣.44.

אֵיתוֹן Vehemens,robuſtus,fortior. Legitur tantum ſemel.
Ezech.40.℣.15.Et ad proſpectū portæ robuſtiores,ex aduerſo veſtibuli &c.Eſt duplex lectio,ſecundū puncta הָאִיתוֹן ſecūdū literas הַיְּאֵתוֹן vbi ingredient̄ ſeu veniēt. הַיְּאֵתוֹן

אֶתְנָה & אֶתְנַן merces,donatio,de hoc vide radicem תָּנָה donauit.

אָתִיק Theca murata,triclinīū, conclaue auulſum à muro templi Ieroſolymitani, & ſeorſim ſuis muris extructum,continens tria tabulata ſeu interſtitia cellularum,quorum ſupremum erat anguſtius inferioribus. Hieronymus vertit porticum, & aliqñ retinet nomen Ebraicum Etheca,ſeu vt vulgata editio habet,heetheca. Cognationem habet cum נָתַק .i. auulſit, abrupit, & vt alij volunt ab eadē radice deſcendit,vt א ſit hæemanthicum. Hinc τοῖχος & τεῖχος murus, paries,τειχίζω,τειχίζομαι muris munio,item hinc Theca,repoſitorium quater inuenitur.
Ezech.42.℣.3.In atrio exteriore erat triclinium ad triclinīi in tertijs .i. & triplicatis. אַתִּיק
Et plura.Ibidem. ℣.5. quia ſuſtinebantur triclinia ab eis, nempe ab inferioribus & à medijs ædificijs. אַתִּיקִים
Ezec.41.℣.16.Et triclinia (menſꝰ eſt) circūquaq; ad tria eoꝝ .i. triplicata ſicuti erāt. וְהָאַתִּיקִים
Cū aff.ibid.℣.15 Et triclinia eiꝰ (menſus eſt) hinc & iſtinc quæ habēt centū cubitos וְאַתִּיקֶיהָא

אֲתָרִים Exploratores,vide radicem תּוּר explorauit,indagauit.

אָתַת Imminuit alicui,aduentauit,aduenit ex propinquo. Idem quod אָתָה venit Hinc θέω, θεέσκω, θείω venio currendo. Verbaliter non legitur.

Hinc præpoſitio.

אֵת Particula congregandi perſonas imminentes & aduenientes, Latinis redditur per præpoſitionem cum, vel aduerbium ſimul, vnà. Atq; verbis plerunq; neutris addi ſolet, ad differentiam articuli accuſatiui qui actiuis ſubijcitur.
Zephaniæ.1.℣.vlt.Quia cōſumationē & terrorem faciet cum oībus habitatoribus. אֵת
Cū Maccaph.Gen.37.℣.2. Ioſeph ſeptendecim annoꝝ erat, cū paſceret cū fratribꝰ אֵת
ſuis oues,& ipſe erat puer cum filijs Bilha, & cum filijs Zilpa vxorum patris ſui. אֵת
Ieſa.28.℣.15.Quandoquidem dixiſtis,pepigimus fœdus cum morte, & cū inferno. אֵת
Ezech.32.℣. antep.Et oēs Zidonij, qui deſcēderūt cū interfectis in conſternatiōe אֵת
ſua,& iacuerunt incircumciſi cum interfectis gladio, & portauerunt ignominiam. אֵת
Ieſaiæ 8.℣.7. Et gaudium(habent) cum Rezin & filio Remaliahu. אֶת־
Quando autem ſignificat ligonem eſt à radicē אִית de quo ſuperius.
Cum affixis.Gen.17.℣.22. Et deſiit loqui cum eo, aſcenditq; Deus ab Abraham. אִתּוֹ
Pſ.34.℣.4.Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius vnà. אִתִּי
Pſ.24.℣.4.Accipiet benedictionem à Domino,& iuſticiam à Deo ſalutari ſuo. מֵאֵת
Pſ.118.℣.23. A Domino factum eſt hoc, & eſt mirabile in oculis noſtris. מֵאֵת

ב. Malach.1.

בֵּן יְכַבֵּד אָב וְעֶבֶד אֲדֹנָיו וְאִם אָב אָנִי אַיֵּה כְבוֹדִי׃

ב Eſt litera ſeruilis conſtituens præpoſitionem In, habentem ſeptem officia. 1. In loco vel domo verſari ſignificat. 2. Motum ad rem ſeu perſonam importat. 3. Adhæſionem ſeu partem rei notat. 4. Exponitur latinis pro inter. 5. Conſtituit ablatiuum inſtrumenti,modi vel cauſæ. 6. Per locum ſignificat. 7. Verbis infinitiuis præpoſita conſtituit Gerundium.
Pſ.23.℣. vlt. Et ſedebo in domo Domini ad longitudinem. ἐν οἴκῳ κυρίου. בְּבֵית
Gen.1.℣.1.In principio creauit Deus cœlum & terram. ἐν ἀρχῇ. בְּרֵאשִׁית
Ieſa.2.℣.pen.Ad veniēdū in ſciſſuras petraꝝ & in ꝓminētias ſaxoꝝ. εἰς τὰς τρώγλας. בְּנִקְרוֹת

Hoc est

Liber Radicum seu lexicon Ebraicum
in quo omnium vocabulorum
bibliorum propriæ ac certe
redduntur significationes, cum vera
et dilucida multorum locorum
Scriptura sacra explicatione
Adjecta est plerisque Radicibus
Symphoniacarum Linguarum derivatio.
Denuo actus et recognitus
Autore
D. Joanne Avenario Egrano
Cum gratia et privilegio
Vitebergæ
Per Heredes Joannis Cratonis
anno M.D.LXXXIX.
Dedicatio fol. 7.
Opus ipsum a pag 1— 860
In folio.

Leuit.8.℣.5.à fine.Et reliquum in carne,& in pane,igni comburetis. τῶν κρεῶν. בַּבָּשָׂר
1. Sam.10.℣.12. Num & Saul inter Prophetas? Septuag. ἦ ϗ Σαοὺλ ἐν προφήταις;. בַּנְּבִיאִים
Iere.44.℣.13.Sicut viſitaui Ieruſalem gladio, fame & peſte Septuag.ἐν ῥομφαίᾳ. בַּחֶרֶב
Num.21.℣.22. Tranſibo per terram tuam, non declinabimus in agrum, neq; in vineam.διὰ τῆς γῆς σου. בְּאַרְצְךָ
Pſ.3.℣.1.In fugere ipſũ à facie Abſalom .i. quum fugeret ipſe &c.ὅποτε ἀπεδίδρασκεν. בְּבָרְחוֹ
Habet & aliquando ſyllabam paragogicam מוֹ vel יֵ nihil ſignificantem.
Pſal.11.℣.2. Ad iaculandum in caligine ad rectos corde. ἐν σκοτομένη. בְּמוֹ
Iob 37.℣.8. Et ingredietur beſtia in latibulum, & in manſionibus ſuis morabitur. ὑπὸ τὴν σκέπην. בְּמוֹ
Iere.51.℣.7.à fine.Et laborabunt populi in vanũ,& nationes in ſufficientiam ignis, .i. ignis abſumet laborem populorum.εἰς κενὸν. בְּדֵי

בֵּאֵר

Declarauit purè,explanauit,dilucidauit.Cognationem habet cum בָּרָא creauit expurgando. Item cum בָּרַר purificauit, & בָּרָה delegit puriora, nec non cum בָּהִיר candidus ſiue purus. Hinc φιαρός & latinè purus, φαερός lucidus,φαρύνω expolio illuſtro &c.

In 2. Coniugatione בֵּאֵר declarauit,explanauit purè. Ter vſurpatur.

Deut.1.℣.5.Trans Iordanem in terra Moab cœpit Moſe, & declarauit legem. διασαφῆσαι. בֵּאֵר
Et cap.27.℣.8. Et ſcribes ſup lapides oĩa ℣ba legis huius declarando benè.σαφῶς. בָּאֵר
Habacuc 2.℞.2.Scribe viſionem,& explana ſuper tabulis &c.ϗ σαφῶς. וּבָאֵר

Inde nomen.

בְּאֵר

Puteus purus, in quo aqua clara & pura ſcaturit, & differt à בּוֹר ciſterna ſeu fouea, in qua non ſemper eſt aqua,ſed tantum tempore pluuiali. Hinc φρέαρ puteus, φρεάτιον profundus puteus, & germanicum Born. Item βράζω & βράσσω ebullio inſtar fontis &c. Vſurpatur hoc nomen in gen. fœminin.

Gen.26.℣.21.Et foderunt puteum alium,& pro illo quoq; rixabantur. φρέαρ. בְּאֵר
In reg. Gen.21.℣.25. Et arguit Abraham ipſum Abimælech de cauſa putei aquarum. φρεάτων. בְּאֵר
Cum He locali. Num.21.℣.17.Et illinc in puteum, hic eſt puteus &c. Vel eſt proprium loci. φρέαρ. בְּאֵרָה
Cũ aff.Pro.5.℣.15.Bibe aquam è fontib⁹ tuis,& fluẽta de medio putei tui. φρεάτων. בְּאֵרֶךָ
Et plur.Gen 26.℣.15. Et oẽs putei,quos foderãt ſerui patris ei⁹ in dieb⁹ ꝛc.φρέατα. הַבְּאֵרוֹת
In reg.Gen.26.℣.18. Et iterũ fodit Iſhac puteos aquarum,quos foderant ꝛc. φρέατα. בְּאֵרֹת
Et Gen 14.℣.10.Et vallis Siddim(abundabat)puteis,puteis argillæ.φρέατα. בֶּאֱרֹת
Hæc ſequentia ſecundum literas leguntur בְּאֵר & ſecundum puncta בּוֹר vt,
2. Sam.23.℣.15. Et deſiderabat Dauid dicens, Quis faciet me bibere aquas de fonte. ἐκ τοῦ λάκκου. מִבֹּאר
2.Sam.23.℣.20.Et percuſſit leonem in medio putei in die niuis.ἐν μέσῳ τοῦ λάκκου. הַבֹּאר
Et ℣.16. Et hauſerunt aquas de fonte Bethlehem. ἐκ τοῦ λάκκου. מִבֹּאר
Ierem.2.℣.13.Dereliquerunt fontem aquarum viuarum. Septuag. λάκκους. בֹּארוֹת

בָּאַשׁ

Fœtuit,putruit, malè oluit,computruit. Cognationem habet cum יָבַשׁ exaruit, & בּוֹשׁ erubuit, nam pudefacti fœtent & areſcunt ignominioſè. Hinc per aphæreſin. ὄζω ὄσδω item ἐπόζω ἀπόζω redoleo, fœteo,Et germanicum bôs. Per metatheſin σήπομαι .i. putreo, putreſco.

In 1.Coniugatione בָּאַשׁ fœtuit,computruit.Vſurpatur quinquies.

Exo.7.℣.18.Et piſcis in riuo morietur,& fœtebit riuus.Sept.ϗ ἐπόζεσε. וּבָאַשׁ
Et ℣.23.Et piſcis qui in riuo erat, moriebatur,& fœtebat riuus. ϗ ἐπώζεσε. וַיִּבְאַשׁ
Et cap.16.℣.20. Et producebat(Man) vermiculos,& computreſcebat. ϗ ἐπώζεσε. וַיִּבְאַשׁ
Ieſ.50.℣.2. Putreſcet piſcis eorum penuria aquæ, & morietur ſiti. תִּבְאַשׁ
Exo.8.℣.14.Et coaceruauerunt eos in aceruos, & computruit terra. ϗ ἐπώζεσεν ἡ γῆ. וַתִּבְאַשׁ

In voce paſsiua נִבְאַשׁ fœtidus eſt factus à ſeipſo,conſtruitur cum ב: Ter extat.

1.Sam.13.℣.4.Et fœtidus factus eſt Iſrael in(oculis)Philiſtæorum.i. inuiſus. נִבְאַשׁ
2.Sam.10.℣.6.Et viderũt filij Amon,quod fœtidi eſſẽt facti corã Dauid. ᾐσχύνθησαν. נִבְאֲשׁוּ

2.Sam.16.℣.antep.Et audiet omnis Iſrael quod fœtere feceris patrē tuū. κατήσχυνας. נִבְאַשְׁתָּ
Componitur ex paſsiuo & actiuo atqꝫ breuitatis gratia contrahitur in vnum vocabulum, q.d. tu fœtidus fœtere feceris patrem tuum deficiendo ab eo Septuag. ὅτι κατήσχυνας τὸν πατέρα.

In 3. Coniugat. הִבְאִישׁ fecit fœtere, & ſine Accuſatiuo fœtuit; octies.
Ex.16.℣.24.Et non fœtuit,neqꝫ vermis fuit in eo. Sept. ϗ οὐκ ἐπώζεσεν. הִבְאִישׁ
Pſ.38.℣.6. Fœtuerunt,mucidi facti ſunt liuores mei. προσώζεσαν. הִבְאִישׁוּ
Et cap.5.℣.antepen.Quod feciſtis fœtere odorem noſtrum in oculis Pharaonis. ἐβδελύξατε. הִבְאַשְׁתֶּם
1.Sam.27.℣.vlt. Fœtendo fœtuit(.i.ſorduit)in populo ſuo.ἤσχυνται αἰσχυνόμενος. הִבְאִשׁ
Geneſ.34.℣.penul. Conturbaſtis me, ad faciendum me putidum coram habitatoribus. ὥστε πονηρόν με εἶναι. לְהַבְאִישֵׁנִי
Eccle.10.℣.1. Muſcæ mortuæ faciunt fœtere & exhalare vngentum. σαπριοῦσι. יַבְאִישׁ
Prouerb.13.℣.5. At impius fæteſcet, & erubeſcet,ſeu confundetur.αἰσχύνεται. יַבְאִישׁ
Ieſ.30.℣.5. Vnuſquiſqꝫ fœteſcet(vel ſordebit) ſuper populo qui non proderit eis. הִבְאִישׁ
Hac ratione literarum legitur הִבְאִישׁ & ratione punctorum הוֹבִישׁ aruit.

In 4. Coniugatione הִתְבָּאֵשׁ fecit ſe fœtere, Conſtruitur cum עִם: Semel.
1.Par.19.℣.6.Et viderūt filij Āmon,quod feciſſēt ſe fœtere apud Dauidē.κατησχύνθη הִתְבָּאֲשׁוּ

Inde nomina.

בְּאשׁ Fœtor,putor,putredo,In hac forma ſemel tantum inuenitur.
In regim. Amos 4.℣.10. Et feci aſcendere fœtorem caſtrorum veſtrorum in nares.
Septuaginta legerunt. בְּאֵשׁ ἐν πυρὶ. בְּאשׁ

בְּאֶשׁ Fœtor,putor,Bis tantum legitur, ſed non in ſtatu abſoluto,vt,
Cum aff.Ioel 2.℣.20. Et aſcendet fœtor eius, aſcendetqꝫ putredo eius. ἡ σαπρία αὐτοῦ. בָּאְשׁוֹ
Ieſ.34.℣.3.Vt aſcendat fœtor eorum. ἡ ὀσμὴ. בָּאְשָׁם

בָּאְשָׁה Putredo,fœtor,ſemen fœtidum & putidum,vt eſt Iolium &c. Semel.
Iob 31.℣.vlt.Pro tritico egreditur ſpina,& pro hordeo Iolium(ſeu fœtor)σύτος. בָּאְשָׁה

בְּאֻשִׁים Labruſcæ,fœtidæ vuæ & inſuaues,mariſcæ,omphaces fructus inſipidi. Semel.
Ieſa.5.℣.2.Et expectauit vt faceret(.i.ederet)vuas,ſed reddidit labruſcas.ἀκάνθας. בְּאֻשִׁים

בָּבֶל Babel, Babylonia,nomen Metropolis in campo Sinear, & habet nomen à confuſione linguarum, ideoqꝫ cognatione reſpicit ad ℣bū בָּלַל cōfudit,cōmiſcuit.
Geneſ.11.℣.9. Idcirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confudit Iehoua labium σύγχυσις. בָּבֶל
Et cum He locali. 2.Par.36.℣.6. Et vinxit eum duabus catenis vt duceret eum in Babel εἰς Βαβυλῶνα. בָּבֶלָה

בָּבָה Pupilla oculi, virtus viſiua,de hoc vide radicem בּוֹב:

בָּגַד Præuaricatus eſt exceſſu, tranſgreſſus eſt metam & excurrit ordinem,quemadmodum veſtis ſuas plicas à ſuperbè incedentibus variè diſcutit. Cognationem habet cum גָּדַר turmatim excurrit. Hinc Latini acceperunt verbum pecco,& nomen peccatum,tranſgreſsio metæ præſcriptæ.

In 1. Coniugatione בָּגַד præuaricatus eſt, excurrit,abſolutè vel cum מִן aut ב:
Iob 6.℣.15. Fratres mei præuaricati ſunt,ſicut torrens. ἐκλείπων. בָּגְדוּ
Iere.3.℣.20.Profecto vt p̄uaricatur vxor à ſodali ſuo,ita p̄uaricati eſtis in me. ἀθετεῖ. בָּגְדָה
Ieſaiæ 33.℣.1.Væ præuaricatori, & non præuaricati ſunt in te. ὑμᾶς οὐκ ἀθετεῖ. בָּגְדוּ
Pſ.25.℣.3. confundentur præuaricantes ſuperuacuè. Septuag. ἀνομοῦντες. הַבּוֹגְדִים
Ierem.5.℣.12.præuaricando præuaricati ſunt in me domus Iſrael. ἀθετῶν. בָּגוֹד
Exod.21.℣.8. Quum ipſe præuaricatus ſit in eam. Septuag. ἠθέτησεν ἐν αὐτῇ. בְּבִגְדוֹ
Ieſa.48.℣.7.Quia noui quod præuaricando præuaricaberis.ἀθετῶν ἀθετήσεις. בָּגוֹד
Malach.2.℣.10. Deus præuaricabimur vnuſquiſqꝫ in fratrem ſuū. ἐγκατελίπετε. נִבְגּוֹד
Pſ.78.℣.57.Et retracti ſunt,& præuaricati ſunt,ſicut patres eorum. ἠθέτησαν. וַיִּבְגְּדוּ
Ieſai.33.℣.1.Quum præuaricari ceſſaueris,præuaricabuntur in te.ἠθετηθήσονται. יִבְגְּדוּ

Inde nomina.

בּוֹגֵדָה Præuaricatrix,perfida, ſic vocatur Iſrael reſpectu Iudæ. Bis inuenitur,vt,
Ieremiæ 3.℣.8. Et non timuit ꝑfida Iehuda ſoror eiꝰ,ſed abijt &c. ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα. בּוֹגֵדָה

Et ℣.11. iuſtior anima eius auerſatrix Iſrael præ perfida Iuda. ἀσύνθετος ἰούδα. מִבֹּגֵדָה

בָּגוֹדָה Præuaricatrix, excurſatrix, bis inuenitur, vt,
Ier.3.℣.7.&10. Et nõ eſt reuerſa, & vidit præuaricatrix ſoror eius Iehuda. ἀσυνθεσίας. בָּגוֹדָה

בֶּגֶד Præuaricatio, excurſio, atqꝫ ſic additur verbo eiuſdem radicis, & bis inuenitur.
In regim. Ieſ. 24. ℣. 6. Præuaricatores præuaricati ſunt, & præuaricatione præuaricatorꝝ &c. ἀθετοῦντες. וּבֶגֶד
In pauſa. Ier. 12. ℣. 1. Et (quare) felicitantur omnes præuaricantes præuaricationem? בָגֶד

Deinde ſignificat veſtem amplam & excedentem, quæ excurrit diffluendo.
Pſal. 102. ℣. antepenult. Et omnes iſti ſicut veſtimentum veteraſcent, permutabis eos &c. ὡς ἱμάτιον. כַּבֶּגֶד
In reg. Deut. 24. ℣. 17. Neqꝫ pignoris loco veſtem viduæ accipies. ἱμάτιον. בֶּגֶד
In pauſa. 1. Sam. 19. ℣. 13. Et ſtragulã caproꝝ poſuit pro capite eiꝰ, & operuit veſte. כַּבָּגֶד
Cum affix. 2. Reg. 9. ℣. 13. Et feſtinauerũt, atqꝫ accepũt quiſqꝫ veſtẽ ſuã, & poſuerũt. בִּגְדוֹ
Et plur. Gen. 24. ℣. 53. Et protulit ſeruus vaſa argentea, ꝛc. & veſtes, & dedit Rebeccæ. ἱματισμὸν. וּבְגָדִים
Cum affix. leui. Pſal. 22. ℣. 19. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper indumentum meum &c. ἱμάτιά μου. בְגָדַי
Cum affix graui. Num. 31. ℣. 24. Et lauabitis veſtimẽta veſtra in die ſeptimo. בִּגְדֵיכֶם
In reg. Exo. 28. ℣. 2. Et facies veſtes ſanctitatis Aharoni fratri tuo ad gloriam. στολήν. בִּגְדֵי

בִּגְדָה Veſtis in genere fœminino, & legitur duntaxat in plurali numero.
Cum affixo Pſal. 45. ℣. 9. Myrrha & Aloe, caſiæ, ſunt omnia veſtimenta tua. ἀπὸ τῶν ἱματίων σου. בִּגְדֹתֶיךָ

בָּגָה Comedit cibos lautiores & ſplendidos. Cognationem habet cum פָּגַג comedit ficus, & cum פָּנַג vixit ex fœniculis, vel ſignificat fabis veſci. Hinc φάγω, φήγω, edo, comedo, καταφάγω, deuoro, φάγος, vorax, Item βαγός, fragmentum panis, βεκ, panis, Phrygũ vox eſt. Germanicè ein Weck / φηγός, phagus ſiue fagus arbor, cuius fructibus veſcebantur veteres. Verbaliter non vſurpatur hæc radix, ſed tantum nominaliter, & additur plærunqꝫ nomini פַּת id eſt, fruſtum.

בַּג Cibus, dapis, comeſtio, edulium, quicquid ab hominibus comeditur. Octies.
Cum affixo. Dan. 1. ℣. 16. Et erat Melzar portans portionem cibi eorum, & vinũ &c. δεῖπνον αὐτῶν. פַּתְבָּגָם
In regi. Dan. 1. ℣. 16. Et diſtribuerat eis rex per ſingulos dies, de portione cibi regis. τά ἐσθίοντα. פַּג
Ezech. 25. ℣. 7. Et tradam te gentibus in cibum, & excindam te de populis. לְבַג
Secundum literas legitur רְבַג in cibum, & ſecundum punctum pathah לְבַז in p̄dã
Et ſic Daniel. 1. ℣. 5. 8. 13. 15. cap. 11. ℣. 26.

בִּגְלַל In reuolutione. i. in gratiam, propter ꝛc. de hoc vide גָּלַל volutauit, &c.

בָּדָא Finxit ſolus in corde ſuo, effinxit ſingulare quiddam, excogitauit, confinxit aliquid cogitando, commentus eſt, effinxit fabulam. Cognationem habet cum בָּדַד ſolus vel ſingularis fuit, & affinitate alludit ad בָּטָא effutijt temerè. Hinc græci pro ב vſurpant μ literam eiuſdem inſtrumenti & dicunt μυθεύω, id eſt fingo, vnde Lucianus μεμύθευται λόγος. i. ſermo fictus. Item μυθέω fabulor, conficta loquor, μῦθος figmentum, μυθώδης fabuloſus, μυθολογέω figmenta loquor.

In 1. Coniugatione בָּדָא finxit, excogitauit, commentus eſt. Bis inuenitur.
1. Reg. 12. ℣. vlt. In menſe octauo, videlicet in menſe quem finxerat de corde ſuo. Septuag. ἐπλάσατο. בָּדָא
Nehem. 6. ℣. 8. Nõ eſt factum ſecundum verba ipſa quæ dicis, ſed ex corde tuo fingis ea. σύ ψεύδῃ. בוֹדָאם
Aleph hoc loco quieſcit, pro בּוֹדָם:

בָּדַד Solus degit, ſingularis fuit, ſolitarius fuit ſine ſocio. Cognationem habet cum בָּדָא effinxit quiddam ſingulare in corde ſuo. Hinc latini viduus qui priuatus eſt vxore & ſolus viuit, & Germanicè Widwen.

In 1. Coniugatione בָּדַד ſolus degit, ſingularis fuit. Legitur tantum ter, vt,
Pſ. 102. ℣. 8. Vigilaui & fui ſicut paſſer, qui ſolitarius manet ſuper tecto. μονάζον. בּוֹדֵד
Ieſaiæ. 14. ℣. pen. Ab aqlone venit fumꝰ, vt ne vel (vnꝰ) ſolus maneat in cætibꝰ eiꝰ. בּוֹדֵד

Oſeæ 8.℣.9.Ipſi aſcenderunt in Aſſyriam(& ſunt vt)onager qui eſt ſolitarius ſibi. בּוֹדֵד

Inde nomina.

בָּדָד Solus,ſolitarius,ſingularis inſtar vidui & derelicti. Sæpe à frõte habet ל ſeruile.

Ier.15.℣.17.A facie manus tuæ ſolus ſedi,quia indignatione repleuiſti me. בָּדָד

Thren.1.℣.1.Quomodo ſedet ſola (i.ſolitariè)ciuitas,quæ quodã erat copioſa.μόνη. בָּדָד

Mich. 7.℣.14.Paſce populũ tuũ &c.q ſingulariter habitat in ſylua in medio Carmel. לְבָדָד

Pſ.4.℣.vlt.Nã tu Dõe ſingulariter ad fiduciam collocabis me.καταμόνας. לְבָדָד

בְּרִית Fœdus, pactum. Cognationem habet cum כָּרַת id eſt, ſuccidit, pepigit, cum quo etiam plerunque conſtruitur. Habet præterea affinitatem cum בָּתַר diuiſit per medium, dimembrauit. Nam fœdera olim fiebant ceremonijs feriendarum ſeu mactandarum pecudum, & violatori imprecabantur eiuſmodi exitium. Hinc per tranſpoſitionem literarum fœdero, confœdero, Item frater confœderatus, φράτωρ tribulis, φρατρία contubernium, φράτορας coniunctos & contribules vocabant Græci, inter quos erat fœdus amicitiæ, ſodalitatis firmiſsimæ, tanquam inter fratres. Hinc eſt latinum frater, & German. **bruder/brüderliche liebe**/tribulis, & contribules vocantur, qui ſunt de vna eademque tribu ſeu ſtirpe, vt Zach. 11. ℣. 14. ad diſſoluendum fraternitatem inter Iudam הָאַחֲוָה habent Septuaginta διασκεδάσαι τὴν διαθήκην ἀνὰ μέσον ἰούδα &c.

Gen. 9. ℣. 12. Hoc eſt ſignum fœderis, quod ego do inter me & inter vos. הַבְּרִית

In reg. Deut. 29. ℣. 11. Ad tranſeundum pactū Domini Dei tui, & iuramentum eius. בִּבְרִית

Cum aff. Ier. 34. ℣. 18. Et dabo viros tranſgredientes fœdus meum, qui non erexerunt verba fœderis, quod pepigerunt coram me, vitulum quem conſciderunt in duas partes, & tranſierunt inter dimembrationes eius. בְּרִתִי הַבְּרִית

בְּשַׁגַּם Propter quod. Componitur ex בְּ in & שֶׁ relatiuum, & גַּם etiam. בְּשַׁגַּם
Gen. 6. ℣. 3. Non contendet ſpiritus meus cum homine, propterea quod ipſe caro eſt.

בָּשַׁל Maturuit, ematuruit, permaturuit, maturus fuit, coctus fuit ad maturitatem & dicitur de fructibus, itemque cibis qui ad maturitatem cocti ſunt. Cognationem habet cum מָשַׁל dominatus eſt. Nam tunc cibi maturi fiunt, quando per calorem dominantem ſubiguntur. Hinc βλαστέω, βλαστάνω germino.

In 1. Coniug. בָּשַׁל maturuit, coctus eſt ad maturitatem. Bis legitur. בָּשַׁל
Ioel 4. ℣. 13. Mittite falcem quia maturuit meſsis, venite, deſcendite, &c. πάρεστιν. בָּשֵׁלוּ
Ezech. 24. ℣. 5. Fac ebullire ebullitiones eius, etenim cocta ſunt oſſa eius ἥψηθη.

In 2. Coniug. בִּשֵּׁל coxit ad maturitatem, elixauit. בִּשְּׁלָם
1. Reg. 19. ℣. 21. coxit eis carnem & dedit populo ac commederunt. ἥψησεν αὐτὰ. וּבִשַּׁלְתָּ
Deut. 16. ℣. 7. Et coques & comedes in loco, quē elegit Iehoua Deus tuus. καὶ ἑψήσεις.
Ezech. 46. ℣. 24. Iſtæ ſunt ædes coquentium, vbi coquent miniſtri templi ſacrificium. μαγείρων. הַמְבַשְּׁלִים
Et ℣. 23. Et culinæ factæ ſunt ſubter parietes illos circumquaque &c. μαγειρεῖαι. וּמְבַשְּׁלוֹת
Exod. 12. ℣. 9 & cap 34. ℣. 26. & Deut. 14. ℣. 21. aut quod coctione coctum ſit in aqua. ἡψημένον. מְבֻשָּׁל
1. Sam. 2. ℣. 13. Et veniebat puer ſacerdotis cum matureſceret caro. αὖ ἡψήθη. כְּבַשֵּׁל
2. Reg. 4. ℣. 38. & elixa (ſeu coque) pulmentum filijs prophetarum. καὶ ἕψε ἕψημα. וּבַשֵּׁל
Exod. 23. ℣. 19. & Cap. 34. ℣. 26. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. ἑψήσεις. תְבַשֵּׁל
2. Paralip. 35. ℣. 13. Et maturauerunt (id eſt aſſauerunt) paſcha in igne iuxta conſuetudinem. καὶ ὤπτησαν. וַיְבַשְּׁלוּ
Exod. 16. ℣. 23. Quod pinſetis pinſite, & quod cocturi eſtis coquite. &c. ὅσα αὖ ἕψητε ἕψετε. תְּבַשְּׁלוּ

In voce paſsiua. בֻּשַּׁל maturus eſt, coctus eſt ad maturitatem. Bis in vno ℣ſu. תְּבֻשַּׁל
Leu. 6. ℣. 28. Et omne vas fictile, in quo cocta fuerit (hoſtia expiationis) & ſi in vaſe æneo cocta fuerit, defricabitur, & lauabitur (demergendo) aquis. ἑψηθῇ. בֻּשָּׁלָה

In 3. Coniug. הִבְשִׁיל fecit matureſcere, maturauit fructus. Semel.
Gen. 40. ℣. 10. Et ipſe ſicut germinans aſcendebat flos eius, maturauerunt botri eius vuas. Septuaginta verterunt αἰενηνοχῦα βλαστοὺς. הִבְשִׁילוּ

Inde nomen.

Coctu-

בָּשֵׁל Coctura, coctio ad maturitatem vſq;, elixatio, & accipitur de cibo. Semel legitur.
Exod. 12. ℣. 9. Nõ comedetis ex eo crudũ, & cocturã coctã in aqua, &c. ἡψημένον. וּבָשֵׁל

בִּשֵּׁלָה Coctio, coctura, cocta, in fœminino genere ſemel vſurpatur, vt,
Num. 6. ℣. 19. Et ſumet ſacerdos armum coctionis de ariete. Sept. ἑφθόν. בְּשֵׁלָה

בְּשֶׁל Ob quid, ob quam rem, propter quod. Componitur ex tribus literis ſeruilibus.
Eccl. 8. ℣. vlt. Nõ poteſt homo inuenire opus quod fit ſub ſole ꝑpter quod hõ &c.
Ion. 1. ℣. 7. Et iaciamus ſortem, vt cognoſcamus ob quem nobis hoc malum &c. בְּשֶׁלְּמִי

בָּשָׂם Aroma, odor precioſus, cuius vſus eſt in cibis condiendis & in medicamentis gratus. Et differt à סַמִּים quod odoramenta ſignificat, quoq; tantummodo vſus eſt in vnguentis & ſuffumigationibus conficiendis: Hinc Biſem.

Cum aff. Cant. 5. ℣. 1. Ego veni in hortum meum &c. decerpſi marũ cum aromate meo. μετὰ ἀρωμάτων. בְּשָׂמִי

Et plur. 1. Par. 9. ℣. 30. Et vinum, & oleum, & thus, & aromata. καὶ τῶν ἀρωμάτων. וְהַבְּשָׂמִים

Cum affix. Cant. 4. ℣. vlt. Veni auſter, perfla hortum meum, vt defluant aromata eius. ἀρώματα. בְּשָׂמָיו

בֶּשֶׂם Aroma. Exod. 30. ℣. 23. Et Cinnamomi aromatis, dimidium eius, nempe 250. ſiclos. εὐώδους. בֶּשֶׂם

Et plural. in eodem ℣ſu. Et tu ſume tibi aromata præcipua, myrrhæ libertatis 50. ſiclos. εὐώδους. בְשָׂמִים

בֹּשֶׂם Aroma Exo. 30. ℣. 23. Et calami aromatis ducentos quinquaginta ſiclos. εὐώδους. בֹּשֶׂם

Exo. 35. ℣. 28. Et aroma & oleum proluminari (attulerunt.) &c. הַבֹּשֶׂם

בּוֹשַׁסְכֶם Conculcare vos. De hoc dictum eſt in בּוּס:

בָּשָׁן Baſan eſt regio citra Iordanem, in regno Og regis Baſan, ampla & commoda alendis pecoribus ac iumentis ſelectioribus, quam Rubenitæ & Gaditæ, habentes pecorum magnam multitudinem, petierunt ſibi pro ſorte ſua dari, hanc ob rem Prophetæ volentes ferociam potentum in populo perſtringere, aſsimilarunt eos tauris Baſan, qui præ cæteris fuerunt grandiores & petulantiores. Hinc πιαίνω pinguefacio.

Numer. 21. ℣. antep. Et reſpexerunt & aſcenderunt viam Baſan, & exiuit Og rex Baſan. βασάν. הַבָּשָׁן
Deut. 3. ℣. 3. Et dedit Iehoua Deus noſter in manum noſtram etiã Og regem Baſan. הַבָּשָׁן
Amos 4. ℣. 1. Audite verbum hoc vaccę Baſan, quæ eſtis in monte Samariæ. הַבָּשָׁן
Eſ. 2. ℣. 13. Et contra omnes Cedros Libani, altas & eleuatas, & contra omnes quercus Baſan. הַבָּשָׁן
Zach. 11. ℣. 2. Vlulate quercus Baſan, quia proſtrata eſt ſylua munita. בָּשָׁן

בִּשֵּׂר Euangelizauit, nunciauit noua & bona ſiue læta omni carni. Cognationem habet cum שִׂבֵּר expectauit, nam nuncius nouus expectatur ab omni carne.

In 2. Coniug. בִּשַּׂר nunciauit, euangelizauit, conſtruitur cum accuſatiuo.

Ierem. 20. ℣. 15. Maledictus ſit vir qui euangelizauit patri meo dicens: natus eſt &c. ὁ εὐαγγελισάμενος. בִּשַּׂר
Ieſa. 52. ℣. 7. Quam ſpecioſi ſunt &c. pedes euangelizantis, prædicantis pacem. εὐαγγελιζομένων. מְבַשֵּׂר
Eſ. 61. ℣. 1. Quia vnxit me Iehoua ad euangelizandum manſuetis. εὐαγγελίσασθαι. לְבַשֵּׂר
Pſ. 96. ℣. 2. Cantate ipſi Iehoua, benedicite nomini eius, nunciate de die in diem ſalutem eius. εὐαγγελίζεσθε. בַּשְּׂרוּ
2. Sam. 18. ℣. 20. Currã quæſo & euangelizabo regi, quod iudicauerit &c. καὶ εὐαγγελιῶ וַאֲבַשְּׂרָה
Et ibid. ℣. 21. Et nunciabis in die alio, & hodie non nunciabis, &c. εὐαγγελιῇ. תְבַשֵּׂר

In 4. Coniug. הִתְבַּשֵּׂר euangelizatus eſt, exhilaratus eſt læto nuncio. Semel.

2. Sam. 18. ℣. 31. Et dixit Chuſi, Euangelizabitur Doĩus meus rex &c. εὐαγγελισθήτω. וְתִבַּשֵּׂר

Inde nomen.

בְּשֹׂרָה Nuncium, εὐαγγέλιον quod afferendum eſt omni carni, item præmiũ pro nuncio, pertinet ad omnem carnem, omnium enim ſcire intereſt.

2. Sam. 18. ℣. 21. Non vir nuncij (læti) tu eris hodie, ſed nũciabis in die alio. εὐαγγελίων. בְּשֹׂרָה
Et ℣. 28. Et dixit rex, Vir bonus eſt ipſe, & ad nuncium bonum venit. εἰς εὐαγγελίαν ἀγαθήν. בְּשׂוֹרָה

2, Samuel.

2.Sam.4.℣. antepenul. Sibi videbatur fauſtum quiddam nunciare, &c. vt darem ei præmium nuncij. εὐαγγέλια. בְּשֹׂרָה

בָּשָׂר Caro, item pro homine habente carnem & aliquando pro homine carnali, qui ſpiritu Dei caret. Si autem opponitur lapidi duro, tunc in meliorem partem accipitur, reſpectu duriciei lapidis. Hinc per aphæreſin σὰρξ.

Gen.2.℣.antep. Hoc ſemel eſt de oſsibus meis, & caro de carne mea, καὶ σὰρξ. וּבָשָׂר

Cum aff. leui. Ezech.11.℣.19. Et dabo illis cor carneum. σαρκίνην. מִבְּשָׂרָם

Cum affix. graui. Ezech.36.℣.26. Et auferam cor lapideum de carne veſtra, &c. ἐκ τῆς σαρκὸς ὑμῶν. מִבְּשַׂרְכֶם

In regim. Gen.17.℣.11. Et circumcidetis carnem præputij veſtri, & erit ſignum &c. τὴν σάρκα. בְּשַׂר

Et plur. Prou.14.℣.6. à fine. Vita carnium eſt cor ſanũ, at putredo oſsiũ eſt æmulatio. בְּשָׂרִים

בֹּשֵׁשׁ Tardauit, cunctatus eſt, remoratus eſt, **er hat ſich verſpatet** / Cognationem habet cum בּוֹשׁ erubuit, nam ſerò & tardè veniens pudet & pœnitet procraſtinationis & remorationis. Hinc ὀψέω tardus ſum, ὀψὲ ſerò, ὀψία veſpera, ὄψιμος tardus, ὀψίζω, remoror, ſerò vel ſub veſperam facio, ὄψον obſonium.

In 1. Coniug. בֹּשֵׁשׁ remoratus eſt, cunctatus eſt. Bis legitur tantum, vt,

Exod.32.℣.1. Et vidit populus, quod remorabatur Moſe ad deſcendendum de monte. κεχρόνικε. בֹשֵׁשׁ

Iud.5.℣.4. à fine. Quare cunctatur currus eius ad veniendum? & quare tardauerunt &c. ἐχρόνισαν. בֹּשֵׁשׁ

בַּת Filia, Vide radicem בָּנָה ædificauit.

בָּתָה Vaſtitas profunda, vaſtitas in loco profundo & aquoſo. Idem ſignificat quod בָּתַת: Cognationem habet cum בֹּהוּ .i. inane, vacuum, dicitur enim vaſtitas vbi omnia ſunt inania & vacua, Hinc βάθος profunditas, & βαθύνω profunda facio, demergo, βύθον βυθὸς profundum, βυθίζω demergo. Bis vſurpatum legitur.

Eſa.5.℣.6. Et ponã vaſtitatẽ, non putabitur, neq; coaceruabit (ſarculo) καταπάτημα. בָתָה

Et cap.7.℣.19. Et venient & quieſcent omnes illi in torrentibus profunditatum. τῆς χώρας. הַבַּתּוֹת

בְּתוּלָה Virgo matura, virgo nubilis & incorrupta. Cognationem habet cum בָּשַׁל maturuit, vt videlicet more Chaldæorum ת habeat affinitatem cum ש. Hinc βαταλίζω effœminatè viuo, βάταλος effœminatus, mollis, inſtar virginis.

Gen.24.℣.16. Et puella pulchra facie valde, quæ virgo erat, & vir non cognouerat. παρθένος. בְּתוּלָה

In reg. Ier.31.℣.4. Adhuc ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſraelis &c. παρθένος. בְּתוּלַת

Pſ.148.℣.antep. Iuuenes atq; virgines, ſeniores cũ iunioribus, laudent &c. παρθένοι. בְּתוּלֹת

בְּתוּלִים Virginitates, ſigna virginitatis. Eſt nomen pluralis numeri tantum.

Deuter.22.℣.14. Vxorem hanc accepi & appropinquaui &c. & non inueni virginitates. παρθένια. בְּתוּלִים

In regimine ibidem ℣.15. Et proferent virginitates puellæ ad ſeniores ciuitatis ad portam. παρθένια. בְּתוּלֵי

Cum aff. Iud.11.℣.37. Flebo ſuper virginitatem meam, ego & puellæ meæ. בְּתוּלָי

Ezech.23.℣.3. Ibi compreſſa ſunt vbera earum, & ibi palpauerunt mamillas virginitatis earum. διεπαρθενεύθησαν. בְּתוּלֵיהֶן

Et præterea tantum Leu.21.℣.8. Deut.22.℣.17.20. Ezech.23.℣.8. &c.

בָּתַק Diſſecuit aliquid in multas partes, confodit. Cognationem habet cum נָתַק rupit dirupit &c. Hinc per metatheſin κόπτω cædo, percutio.

In 2. Coniug. בִּתֵּק diſſecuit, diſcidit, transfixit. Conſtruitur cum accuſatiuo pronominis affixi, & ſemel legitur tantum in Biblijs ſacris, vt,

Ezech.16.℣.40. Et dilapidabunt te lapidibus, & diſſecabunt te gladijs ſuis. καὶ κατασφάξουσί σε. וּבִתְּקוּךְ

בָּתַר Cultro vel ſecuri diuiſit animalia in duas partes, hoc eſt per medium eorum, vt ſolebat olim fieri in feriendis fœderibus. Ideoq; cognationem habet cum בְּרִית id eſt, fœdus, pactum, quæ duæ radices in eodem verſu de eadem re inueniuntur Ier. 34. Affinitatem quoq; habet cum עָבַר id eſt, tranſiit, nam quæ diſſecantut tranſiliunt vt amplius non cohæreant, itemq; cum פֶּגֶר id eſt, truncus corporis ſine capite qui tantum diuidebatur: Hinc partior, diſpertio &c.

In 1. Coniug. בָּתַר diuiſit per medium, inuenitur tantum ſemel, vt,
Geneſ. 15. ℣. 10. Et auem non diuiſit, id eſt, aues non diſſecuit per medium eaꝝ &c. διεῖλεν. בָתָר

In 2. Coniug. בִּתֵּר diuiſit per medium, Semel tantum vſurpatur, vt,
Gen. 15. ℣. 10. Et accepit ſibi omnia iſta, & diuiſit ea per mediũ, & poſuit &c. διεῖλεν. וַיְבַתֵּר

Inde nomina.

בֶּתֶר Pars, partitio, diuiſio per medietatem, Quater in Biblijs extat.
In pauſa. Cant. 2. ℣. vlt. Similis eſto &c. hinnulo ceruorum ſuper montibus diuiſionis. κυκλωμάτων בָּתֶר
Cum affix. Gen. 15. ℣. 10. Et poſuit vnamquamq; diuiſionem è regione comparis ſui. διχοτομήματα. בִּתְרוֹ
Et plur. cum aff. Ier. 34. ℣. 18. Et tranſierunt inter diuiſiones eius. בְּתָרָיו
In reg. ibid. ℣. 19. Et omnes populi terræ tranſeuntes inter diuiſiones vituli. בִּתְרֵי

בִּתְרוֹן Bithron proprium nomen loci, vel eſt vallis, & diuiſio montium &c.
2. Sam. 2. ℣. 4. à fine. Et traiecerunt Iordanem, & tranſierunt per totam Bithron.

בַּת Bathus, ſiue batus, nomen menſuræ liquidoꝝ, vt olei, vini, &c. & eſt decima pars Homer, dicitur à concauitate ſeu profunditate à radice inuſitata בָּתַת quæ cognationem habet cum בָּתָה vaſtitas profunda. Hinc βάτος βάτιον, vnde Lucæ 16. centum batos olei.

Ezech. 45. ℣. 11. Et Epha & Bathus vnius ſint menſuræ ad capiendum decimam partem &c. χοῖνιξ. וְהַבַּת
In pauſa ibid. Ad capiendum decimam partem Homer, erit Bathus. χοῖνιξ. הַבָּת
In reg. Ezech. 45. ℣. 10. Bilanx iuſta ſit vobis, & Epha, & Bathus iuſticiæ erit vobis. καὶ χοῖνιξ. וּבַת
Et plur. ibid. ℣. 14. Decẽ Bathi ꝑ Homer, nã decẽ Bathi faciunt Homer. κοτύλαι. הַבַּתִּים
2. Par. 2. ℣. 10. Et vini (dedi) Batos viginti mille, & olei Batos 20000. בַּתִּים
Et tantum 1. Reg. 7. ℣. 26. 38. & 2. Par. 4. ℣. 5. Eſa. 5. ℣. 10. Ezech. 45. ℣. 14.

בַּתּוֹת Deſolationes, vide ſuperius in radice בָּתַת: Semel tantum vſurpatur.
Ieſ. 7. ℣. 19. Et requieſcent in vallibus deſolationum, & in ſciſſuris &c. הַבַּתּוֹת

ג. Pſalm. 37

גּוֹל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ וּבְטַח עָלָיו
וְהוּא יַעֲשֶׂה׃

גָּאָה Gloriatus eſt, elatus eſt, eminuit, excelluit, ſuperbiuit, intumuit. Si Deo tribuitur ſemper in bonam partem accipitur .i. magnificentiam exercuit, glorioſè egit &c. Cognationem habet cum גָּהָה .i. leuauit aliquem medicamentis, ſanauit, Nam hoc quoq; eſt magnificentiam ſuam exercitare &c. Item cum גָּוָה eminuit dorſo ſeu ſtatura. Hinc γαίω glorior, αὐχέω, αὐχέομαι, item γάνυμι & γάννυμι .i. lætor &c. γαιῶ laceſſo, irrideo per ſuperbiam.

In 1. Coniug. גָּאָה elatus eſt, magnificus fuit, &c. legitur in quinq; locis.
Exod. 15. ℣. 1. Cantabo Domino, quia magnificentiam exercuit, equum & aſcenſorem &c. ἐνδόξως δεδόξασται. גָּאֹה גָּאָה

Ezech.47.℣.5.Quia elatæ ſunt(i.intumuerunt)aquæ,aquæ natationis ἐξύϐριζε. גָּאוּ
Iob.8.℣.11. Num ſuperbiet ſcirpus abſq; palude,an creſcet carex abſq; aquis. הֲיִגְאֶה
Et cap.10.℣.16.Et intumeſcet ſicut leopardus,venaberis me,&c. וַיִּגְאֶה

Inde nomina.

גֵּאֶה Superbus,glorioſus,arrogans,eminens,glorians,gloriabundus, γαίων.&c.
Ieſ.2.℣.12.Quia dies Iehoua Zebaoth eſt contra omnem ſuperbum & excelſum. גֵּאֶה
Et plur.Pſ.94.℣.2.Redde retributionem ſuper glorioſos.i.redde talionem ſuperbis. גֵּאִים

גֵּאָה Superba,& in abſtracto ſuperbia,elatio,gloriatio, eminentia &c. Semel tantum.
Pro.8.℣.13.Timor Iehoua eſt odiſſe malum,ſuperbiam & arrogantiam &c. גֵּאָה

גֵּא Superbus,eminens,arrogans,elatus,glorioſus, faſtuoſus &c.rarius legitur.
Ieſ.16.℣.6.Audiuimus arrogantiam Moab,ſuperbus eſt valde,ſuperbia eius &c. גֵּא
Et plur.Pſ.140.℣.6.Abſconderunt ſuperbi laqueum mihi,& funes &c. גֵּאִים

גַּאֲוָה Elatio,ſuperbia,excellentia.Sæpe in Biblijs vſurpatur.
Pſ.36.℣.pen.Ne veniat mihi pes ſuperbiæ.i.ne conculcet me pes ſuperborum. גַּאֲוָה
Cum aff.Pſ.46.℣.4.Commouebuntur montes, in elatione eius &c. בְּגַאֲוָתוֹ
In reg.Pſ.10.℣.2.In elatione impij,ardebit pauper.i.affligitur pauper. בְּגַאֲוַת

גָּאוֹן Elatio,arrogantia,ſuperbia.Deo tributum ſignificat magnificentiam,excellentiã. גָּאוֹן
Pro.16.℣.18.Ante fracturam eſt elatio, & ante ruinam eſt exaltatio ſpiritus. גָּאוֹן
In reg.Ier.48.℣.29.Audiuimus ſuperbiam Moab,ſuperbus eſt vehementer &c. גְּאוֹנוֹ
Cum aff. Ieſ.2.℣.19.A facie pauoris Iehoua, & à gloria excellentiæ eius. גְּאוֹנַיִךְ
Et plur.cum aff.Ezech.16.℣.56.In die elationum tuarum.

גֵּאוּת Elatio,arrogantia,ſuperbia,excellentia,magnificentia.Deo tribuitur in bonã partẽ. גֵּאוּת
Pſ.93.℣.1.Iehoua regnauit,excellentiam induit,induit Iehoua,&c. בְּגֵאוּת
In reg.Pſ.89.℣.10.Tu dominaris in elationem maris.

גְּאֵיוֹנִים Superbi,faſtuoſi,depopulatores.Legitur pluraliter & ſemel tantum,vt, לִגְאֵיוֹנִים
Pſalm.123.℣.4. Multum ſatiata eſt anima noſtra irriſione opulentorum & contemptu ſuperborum, ſecundum caſtigationem Maſoreth ſunt duæ dictiones יוֹנִים id eſt, populatores, גְּאֵי ſuperbi &c.

גֵּא Vallis. De hoc nomine vide radicem גַּיְא ſiue גֵּיא &c.

גָּאַל

Redemit, vendicauit ſibi aliquid iure propinquitatis redimendum, aſſeruit & collegit ſibi redimendum. Fœminam verò redimere eſt eam ducere in vxorem, quod ſecundum legem Moſaicam pertinebat ad propinquum & affinem, cuius deinde erat & eius hæreditatem venditam ſeu obæratam redimere & recolligere, vnde non raro accipitur pro propinquo & iure eius. Cognationem habet cum גָּלַל volutauit, & גָּלָה transmigrauit, nam redimere eſt rem abalienatam reuoluere ad ſe, vt remigret ad poſſeſſorem ſeu hæredem legitimum. Hinc ἀλέγω, ἀλεγίζω, auxilior, curo, ἀλέγομαι defendo, ἀλεγύνω, ἀλεξέω, Item, habet quoq; cognationem cum גָּלַל volutauit, polluit, nam res volutata contaminatur. Hinc γλοιός & γλοιώδης ſordidus.

In 1.Coniug. גָּאַל redemit, vendicauit ſibi redimendum.
Ieſa.44.℣.23.Cap.48.℣.20.Quia redemit Deus Iacobum. ἐλυτρώσατο ὁ Θεός. גָּאַל
Pſ.107.℣.2.Dicant redempti Iehoua,quas redemit de manu hoſtis. οἱ λελυτρωμένοι. גְּאָלָם
Ieſ.44.℣.22.Reuertere ad me,quia redemi te. ἢ λυτρώσομαί σε. גְּאַלְתִּיךָ
Iob.19.℣.25.Et ego ſcio,quod redemptor meus(vel redimens me)viuit. ἀέναος. גֹּאֲלִי
Num.35.℣.19.& 21.Redemptor(id eſt,propinquus) ſanguinis, interficiet homicidam. ὁ ἀγχιστεύων. גֹּאֵל
Eſa.35.℣.pen.Non inuenietur ibi(Leo)ſed proficiſcentur redempti. λελυτρωμένοι. גְּאוּלִים
Leu.27.℣.13.& 19. Si redimendo redemerit ipſum, adijciet quintam eius partem. λυτρούμενος λυτρώσηται. גָּאַל
Ruth.3.℣.13. Si is noluerit redimere te(id eſt, ducere in vxorem) ego redimam te. ἀγχιστεύσῃ. לְגָאֳלֵךְ
Cap.4.℣.6.Redime tibi redemptionem meam.i. ius propinquitatis meæ. גְּאַל
Pſalm.69.℣.19. Accede ad animam meam,redime eam,propter inimicos meos libera me. καὶ λύτρωσαι. גְּאָלָהּ

Oſeæ 14. ℣. 14. De manu inferni liberabo eos, à morte redimam eos. λυτρώσομαι. אֲגָאֳלֵם

Ruth. 4. ℣. 4. Et coram ſenioribus populi mei. Si redemeris redime. εἰ ἀγχιστεύεις ἀγχίστευε. תִּגְאַל

Et ſi non redemerit, indica mihi vt ſciam, nõ enim eſt p̃ter te propinquus. ἀγχιστεύεις, יִגְאַל

Iob 3. ℣. 4. Vendicabunt eum tenebræ, & vmbra mortis. ἐκλάβοι. יִגְאָלֻהוּ

Item Geneſ. 48. ℣. 16. Exod. 6. ℣. 6. cap. 15. ℣. 13. Leuit. 25. ℣. 33. 48. 49. cap. 27. ℣. 13. 15. 19. 20. 31. Deut. 19. ℣. 5. 11. &c.

In voce paſsiua נִגְאַל redemptus eſt, vendicatus eſt iure propinquitatis.

Leuit. 25. ℣. 49. Aut ſi tetigerit (.i. ſuffecerit) manus eius, & redimetur. λυτρώσεται. וְנִגְאַל

Zephan. 3. ℣. 1. Væ ſaginatæ & redemptæ ciuitati, moleſtatrici. ἀπολελυτρωμένη. נִגְאָלָה

Eſa. 52. ℣. 3. Gratis venditi eſtis, ideo ſine argento redimemini. λυτρωθήσεσθε. תִּגָּאֵלוּ

Et tantum Leuit. 25. ℣. 54. cap. 27. ℣. 20. 28. & 31.

Quando illi additur דָּם eſt compoſitum ex גָּאַל & גָּלַל. Bis legitur, vt,

Eſaiæ 59. ℣. 3. Manus noſtræ pollutæ ſunt ſanguine (vel volutatæ ſunt ſanguine) μεμολυσμέναι. נְגֹאֲלוּ

Threno. 4. ℣. 14. Vagati ſunt tanquam cæci in plateis, volutati ſunt in ſanguine. ἐμιάνθησαν. נְגֹאֲלוּ

In 2. Coniugat. גֵּאַל polluit, contaminauit. Ter vſurpatur, vt.

Malach. 1. ℣. 7. Et dicitis, quanam re polluimus te? ἠλισγήσαμεν. גֵּאַלְנוּךָ

Et ibid. Vos offertis ſuper altare meum panem pollutum. ἠλισγημένους. מְגֹאָל

Et ℣. 12. Cum dicitis, menſa Domini eſt polluta .i. contaminata. ἠλισγημένη. מְגֹאָל

In voce paſsiua גֹּאַל pollutus eſt, deuolutus eſt ceu immundus. Bis extat.

Eſræ 2. ℣. 61. Et deuoluti ſunt à ſacerdotio .i. ne fungerentur ſacerdotio. ἠγχιστεύθησαν. וַיְגֹאֲלוּ

Nehem 7. ℣. 64. Et non inuenta eſt, ideoq; deuoluti ſunt à ſacerdotio. ἠγχιστεύθησαν. וַיְגֹאֲלוּ

In 3. Coniugat. הִגְאִיל polluit, inquinauit. Semel inuenitur, vt,

Eſai. 63. ℣. 3. Et omnia indumenta mea inquinabo. Ex futuro & p̃terito compoſitũ. אֶגְאָלְתִּי

In 4. Coniugat. הִתְגָּאֵל inquinauit ſeipſum. Bis legitur.

Daniel 1. ℣. 8. Et poſuit Daniel ſuper cor ſuum, ne inquinaret ſe cibo regis, & vino potus eius. יִתְגָּאַל

Et petijt à principe Eunuchorum ne inquinaret ſe. ἀλισγηθῇ. יִתְגָּאָל

Inde nomina.

גְּאֻלָּה Redemptio, ius redimendi, aſſertio, propinquitas, affinitas, conſanguinitas.

Iere. 32. ℣. 7. Eme tibi agrum meum &c. quia tibi eſt ius redemptionis. ἀγχιστείας. הַגְּאֻלָּה

Cum affix. leui. Ezech. 11. ℣. 15. Fili hominis, fratres tui &c. viri conſanguinitatis tuæ. αἰχμαλωσίας. גְּאֻלָּתֶךָ

In regim. Leuit. 25. ℣. 32. AEdes ciuitatum poſſeſsionis eorum, redemptio perpetuitatis. λυτρωτὰ διαπαντός. גְּאֻלַּת

Legitur & Leu. 25. ℣. 24. 29. 31. 46. 51. 52. Ruth. 4. ℣. 6. 7. Ier. 32. ℣. 8. Ezech. 11. ℣. 14. ꝛc.

גֹּאַל Inquinatio, polluitio. Semel tantum legitur, vt,

In regim. plura. Nehem. 13. ℣. antepenult. Recordare eorum mi Deus propter inquinationes ſacerdotij. ἐπὶ ἀγχιστεία. גָּאֳלֵי

גֵּבֶא Fouea, foſſa, foſſura, ſcrobs, lacuna. Cognationem habet cum יָגַב fodit, excauauit, ſci. agros, & cum נָקַב excauauit, quod de alijs rebus quàm de terra aut agris accipitur. Hinc κάπετος & σκάπετος fouea, κύπη cauerna, & latinum, cauea, cauerna, item excauo &c. Legitur tantum bis, vt,

Ieſa. 30. ℣. 14. Et ad hauriendum aquas è fouea .i. è puteo. מִגֶּבֶא

Et plur. cum affix. Ezech. 47. ℣. 11. Paludes eius & foſſæ eius & non ſanabuntur. וּגְבָאָיו

גֵּבִים Foſſæ, ſcrobes, caueæ, à radice inuſitata גָּבָה Legitur ter, vt,

Ier. 14. ℣. 3. Venerunt ad foſſas, & non inuenerunt aquas, reduxerunt vaſa &c. גֵּבִים

2. Reg. 3. ℣. 16. Sic dicit Iehoua, fac alueum hunc in foſſas, & foſſas &c. גֵּבִים

1. Reg. 6. ℣. 9. Et texit domum caueis .i. imbricibus excauatis per quos aqua defluit. גֵּבִים

Eſt & nomen ciuitatis, vbi tamen quidam exponunt pro cauernis ſeu foſsis.

Ieſ. 10. ℣. 30. Habitatores Gebim confirmati ſunt .i. corroborati ſunt. הַגֵּבִים

גָּבַב Eminuit, gibboſus fuit. Cognationem habet cum גָּבַהּ .i. excelluit, & גַּף pinnaculũ. Hinc ὕβος, κυφός gibboſus, item gibbus & gibber ꝛc. verbaliter nõ reperit̃.

גַּב Celſitudo, excelſum, ſummitas rei, gibbus &c. tribuit̃ dorſo hoĩs, ſuꝑcilijs oculoꝝ, canthis rotæ, tumulo terræ, & ædificijs altioribꝰ ceu in gibbo quodã extructis.
In pauſa. Ezechiel. 16. ꝟ. 24. Et ædificaſti tibi celſitudinem, & feciſti tibi altitudinem &c. οἴκημα πορνικόν. גָּב
In regim. Ezech. 43. ꝟ. 13. Ad oram eius &c. erit palmus vnus, & hæc celſitudo altaris. τὸ ὕψος. גַּב
Cum affix. Pſalm. 129. ꝟ. 3. Super dorſo meo (vel gibbo meo) arauerunt aratores &c. νῶτον μου. גַּבִּי
Et plur. In reg. Iob 13. ꝟ. 12. Corporibus argillæ (ſimilia ſunt) corpora veſtra. לְגַבֵּי
Cum affix. Ezech. 1. ꝟ. 18. Et abſides earum & altitudo erat illis &c. & canthi earum οἱ νῶτοι αὐτῶν. וְגַבֵּיהֶן

גַּבּוֹת Summitates, gibbi, eminentiæ, ſi oculis tribuitur ſignificat ſupercilia. Si vero rotis ſignificat canthos. Legitur tantum pluraliter in fœminino genere, bis, vt,
In regim. Leuit. 14. ꝟ. 9. Et die ſeptimo abradet &c. & ſupercilia oculorum ſuorum. τὰς ὀφρῦς. גַּבֹּת
Cum affix. Ezechiel. 1. ꝟ. 18. Et canthi eorum pleni erant oculis circumquaqꝫ &c. οἱ νῶτοι αὐτῶν. וְגַבֹּתָם

גָּבַהּ Excelluit altitudine, ſublimis fuit, intumuit, ſuperbiuit. Cognationem habet cum גָּבַב gibboſus fuit. Hinc forte Αἴγυπτος Aegyptus, Aegyptius, populus ſuꝑbus & efferens ſeipſum, iuxta Pſal. 78. Recordabor ſuperbiæ, id eſt Aegypti &c. Hinc καυχάομαι, ἐγκαυχάω glorior, καύχημα, καύχησις, gloriatio, gloria, &c.

In 1. Coniugatione גָּבַהּ intumuit, ſuperbiuit, exaltatus eſt. Sæpe legitur,
Pſal. 131. ꝟ. 1. Iehoua non exaltatum eſt cor meum, neqꝫ elati ſunt oculi mei. ὑψώθη. גָּבַהּ
Ezech. 31. ꝟ. 10. Propterea ſic dicit Dominus Iehoua, eò quod exaltatus es in ſtatura. καὶ τὸ ὕψος. גָּבַהְתָּ
Et ꝟ. 5. Propterea ſublimis fuit ſtatura eius ꝑ omnibꝰ arboribus ꝛc. Aleph pro He. גָּבְהָא
Pſ. 103. ꝟ. 11. Nam ſicut eminere cœlos .i. quanto interuallo cœli ſunt altiores terra. כִּגְבֹהַּ
לִגְבֹהַּ
Zephan. 3. ꝟ. 11. Et non addes ſuperbire amplius in monte ſancto. יִגְבַּהּ
Prou. 18. ꝟ. 12. Ante comminutionem eleuatur cor viri, & anteit gloriam deiectio. וַיִּגְבְּהוּ
Iob 36. ꝟ. 7. Cum regibus erunt in ſolio, & fecit eos ſedere firmiter, & exaltati ſunt. וַתִּגְבְּהֶינָה
Ezech. 16. ꝟ. 50. Et exaltatæ ſunt (.i. ſuperbierunt) & fecerunt abominationem.

In 3. Coiug. הִגְבִּיהַּ exaltauit, ſublimauit, & abſolutè exaltatus eſt.
Ezechiel. 17. ꝟ. vltim. Ego Iehoua humiliaui arborem altam, ſublimaui arborem humilem. ὑψῶν. הִגְבַּהְתִּי
Pſ. 113. ꝟ. 5. Quis eſt ſicut Iehoua Deus noſter, qui exaltat ad ſedendũ. Iod eſt ꝑago. הַמַּגְבִּיהִי
Ieſa. 7. ꝟ. 11. Pete tibi ſignum &c. de profundo pete, aut exaltando ſurſum. הַגְבֵּהַּ
Ieremiæ 49. ꝟ. 16. Obad. 1. ꝟ. 4. Si altatus fueris ſicut aquila, & ſi inter ſtellas poſueris nidum tuum. תַּגְבִּיהַּ
Iob 5. ꝟ. 7. Quia homo ad laborem natus eſt, vt ſcintillæ exaltabuntur ad volandũ. יַגְבִּיהוּ
2. Paral. 33. ꝟ. 14. Et circumdedit propugnaculum, & exaltauit illud valde. וַיַּגְבִּיהֶהָ

Inde nomina.

גְּבַהּ Celſus, elatus, ſublimis, altus, ſuperbus. Non autem vſurpatur in ſtatu abſoluto.
In reg. Pſ. 101. ꝟ. 5. Elatum oculis & latum corde, hunc ego non poſſum ferre. גְּבַהּ
Ecclеſ. 7. ꝟ. 9. Melior eſt tardus ſpiritu, quàm ſublimis ſpiritu. ὑψηλὸν. מִגְּבַהּ
Prouerb. 6. ꝟ. 5. Abominatio Dei eſt omnis altus corde .i. ſuperbus. ὑψηλοκάρδιος. גְּבַהּ

גָּבֹהַּ Elatus, ſublimis, altus, exaltatus, celſus. Nomen adiectiuum.
Pſalm. 138. ꝟ. 6. Nam altum Iehoua & humilem videbit, & ſublimem à longè cognoſcit. καὶ τὰ ὑψηλὰ. וְגָבֹהַּ
Eccleſ. 5. ꝟ. 7. Quia ſublimior eſt ſublimi, ipſe obſeruat, & ſuper omnes altos eſt. גָּבֹהַּ
גָּבֹהַּ
In reg. 1. Sam. 16. ꝟ. 7. Et ad ſublimem ſtaturæ eius (ne reſpicias) הַגְּבֹהִים
Et plur. Pſal. 104. ꝟ. 18. Montes alti ſunt ibicibus, petræ ſunt confugium cuniculis.

גְּבֹהָה Alta, ſublimis. Et ſubſtantiuè, altitudo, ſublimitas, altum.

Deut. 3. ℣. 5. Omnes iſtæ ciuitates munitæ erant muro alto, ianuis, vectibus &c. גְּבֹהָה

1. Sam. 2. ℣. 3. Ne multiplicetis (verba) & ne loquamini ſublime, & altum. גְּבֹהָה

Et plur. Dan. 8. ℣. 3. Et habebat cornua excelſa, & vnum celſius altero. גְּבֹהוֹת

גֹּבַהּ Elatio, ſublimitas, ſuperbia, celſitudo, proceritas.

Iob 40. ℣. 5. Indue quæſo excellentiam & celſitudinē, gloriam & magnificentiā &c. וְגֹבַהּ

In reg. Pſ. 10. ℣. 4. Impius ſecundum elationem vultus ſui non curabit &c. כְּגֹבַהּ

Cum affix. Ezech. 19. ℣. 11. Et exaltata eſt ſtatura eius &c. & viſus eſt in elatione ſua. ὑψωθῆναι αὐτὸν. בְּגָבְהוֹ

Et plur. In reg. Iob 11. ℣. 8. Eſt (tanquam) altitudines cœloꝝ, quid efficies? גָּבְהֵי

גַּבְהוּת Elatio, ſublimitas, eleuatio, ſuperbia. Legitur tantum in regimine bis, vt,

Ieſ. 2. ℣. 11. Oculi elationis hominis humiliabuntur, & incuruabitur altitudo &c. גַּבְהוּת

Et ℣, 17. Et incuruabitur celſitudo hominis, & humiliabitur altitudo viroꝝ. ὕψος. גַּבְהוּת

גִּבֵּחַ

Glaber, anteriore capitis parte caluus, caluaſter, qui natura eſt caluus à fronte capitis, præcaluus. At קֵרֵחַ caluus ſuper toto capite. Hinc κῆπος, κήπιον tonſuræ genus ad frontis ornamentum. Legitur autem duntaxat vno in loco, vt,

Leuit. 13. ℣. 41. Si ab angulo faciei eius depilatum fuerit caput eius, recaluaſter erit. גִּבֵּחַ

גַּבַּחַת Caluities glabricies, locus capitis anterior vbi defluxerunt capilli, & translatiuè dicitur quoqꝫ de veſtimento pilis carente. Inuenitur tantum ter, vt.

Leu. 13. ℣. 42. Et ſi fuerit in caluitie, aut in glabricie macula alba, rufa, lepra ē pullulāſ בְגַבַּחַת

Cum affi. ℣. eod. In caluitie eius, ſeu glabricie eius .i. recaluaſtri loco eius. בְּגַבַּחְתּוֹ

Et ℣. 55. Putor eſt in caluitie eius, ſeu in glabricie eius ſcilicet veſtis. בְּגַבַּחְתּוֹ

גָּבַל

Limitauit aliquid ſuis terminis & lateribus, limites conſtituit, determinauit, terminauit, conſtituit terminos ſeu margines in vno vel omnibus lateribus. Cognationem habet cum קָבַל excepit, nam terminus ſeu limes eſt locus capiens duarum regionum diſtinctiones. Alludit quoqꝫ affinitate ad verbum זָבַל cohabitauit in contiguis locis ſeu terminis. Hinc eſt per metatheſin literarum πλαγιάζω & latinum obliquo, id eſt, in tranſuerſum deflecto, & πλάγια latera &c.

In 1. Coniugat. גָּבַל terminauit, limitauit, & ſine Actō eſt neutrū ter extat, vt,

Deut. 19. ℣. 14. Non retroages terminū proximi tui, quē limitauerūt priores. ἔστησαν. גָּבְלוּ

Ioſu. 8. ℣. 20. Et Iordanis terminabit eum (limitem) in angulo orientali. יִגְבֹּל

Zach. 9. ℣. 2. Et quoqꝫ Hamath quæ terminabit in ea .i. terminus eius erit. τοῖς ὁρίοις. תִּגְבָּל־

In 3. Coniugat. הִגְבִּיל fecit terminum, conſtituit terminum. Bis reperit̃, vt,

Exod. 19. ℣. 12. Et limitabis populum circumquaqꝫ, id eſt conſtitues terminum circa populum. καὶ ἀφοριεῖς. הִגְבַּלְתָּ

Et ibi. ℣. antep. Tu obteſtatus es nos dicens. Limita montē & cōſecra eū. ἀφόρισαι. הַגְבֵּל

Inde nomina.

גְּבוּל Terminus, limes, locus ſiue ager determinatus per omnia ſua latera, quæ obliquè, id eſt, circumquaqꝫ habet.

Deut. 3. ℣. 16. At Rubenitis, & Gaditis dedi &c. medium torrentis & terminū. ὅριον. וּגְבֻל

In reg. ibid. Et vſqꝫ ad Iaboc torrentem, qui eſt terminus filiorum Ammon. ὅριον. גְּבוּל

Cum affi. Num. 21. ℣. 23. In via regia ibimus, donec tranſierimus terminum tuum. גְּבֻלֶךָ

Et plural. cum affix. Ierem. 17. ℣. 3. Excelſa tua propter peccatum in omnibus terminis tuis. τὰ ὅριά σου. גְּבוּלֶיךָ

Ezech. 27. ℣. 4. In corde (.i. medio) marium erunt termini tui. גְּבוּלָיִךְ

גְּבוּלָה Terminus, determinatio, terminatio, limes, item ager determinatus ſementi.

Cum aff. Ieſ. 28. ℣. 5. à fine. Et ſpeltam (ſeminabit) in determinatione ſua. ἐν τοῖς ὁρίοις. גְּבֻלָתוֹ

Et plur. Iob. 24. ℣. 2. Terminos occupant, gregem diripiunt & paſcunt. ὅριον. גְּבֻלוֹת

In reg. Pſ. 74. ℣. 17. Tu conſtituiſti omnes terminos terræ, æſtatem & hyemem. גְּבוּלוֹת

Cum affix. Num. 34. ℣. 2. Terra Chanaan cum limitibus ſuis. ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῆς. לִגְבֻלֹתֶיהָ

גַּבְלוּת Conterminatio, complicatio. Bis legitur.

Exo. 28. ℣. 23. Et cap. 39. ℣. 25. Et facies ſuper pectorali catenulas complicationis, id eſt colliminij. גַּבְלֻת

מַגְבָּלוֹת Conterminationes, vbi res quædam adiunguntur extremitatibus alterius rei.
Semel inuenitur in Biblijs, & ponitur abſtractum pro concreto, vt,
Exo. 28. ꝟ. 21. Et duas contenulas auri puriſsimi, conterminationes facies eas. מִגְבָּלֹת

גְּבַל Gebal, proprium nomen ciuitatis Phœniciæ, cuius ciues fuerunt ingenioſi artifices & latomi, atq; in ſtruendo templo Salomonis erantq; fabri peritiſsimi.
Ezech. 27. ꝟ. 9. Senes Gebal & ſapientes eius fuerunt in te inſtaurantes &c. גְּבַל
Pſal. 83. ꝟ. 8. Gebal & Ammon atq; Amalec paleſtini cum habitatoribus Tyri. גְּבָל

גִּבְלִי Giblæus, Eſt nomen gentile, à ciuitate Gebal, in qua habitabant induſtrij opifices. Ter extat.
Ioſu. 13. ꝟ. 5. Et terra Giblæorum, & vniuerſus Libanus in oriente ſolis. הַגִּבְלִי
Et plur. 1. Reg. 5. ꝟ. vlt. Et dedolauerunt ædificatores ⁊c. atq; Giblæi illi. וְהַגִּבְלִים

גבן Gibboſus, gibber. Cognationem habet cum גָּבַב eminuit, & גָּבַהּ excelluit altitudine, Item cum גִּבְעָה collis. Hinc κυφός & ὑβιός gibboſus, ὕβος tuber in cameli dorſo. Legitur tantum ſemel, vt,
Leuit. 21. ꝟ. 20. Aut gibboſus, aut minutus, aut vitiato oculo &c. גִּבֵּן

גְּבִינָה Caſeus gibboſus, nomen habet à forma, videlicet ab eminentia. Semel.
Iob 10. ꝟ. 10. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum coagulaſti me. וְכַגְּבִינָה

גַּבְנֻנִּים Gibbi & adiectiue gibberi ſeu gibboſi, bis tantum habetur in Biblijs, vt,
Pſ. 68. ꝟ. 16. Mons Dei eſt mons Baſan (facundus) mons gibborum, mons Baſan. גַּבְנֻנִּים
Et ꝟ. 17. Quare exilietis montes gibberi (.i. ethnici) hic eſt mons vbi Deus &c. גַּבְנֻנִּים

גבע Collis, colliculus. Eſt & proprium nomen vrbis in colle extructæ in tribu Biniamin, quæ & גִּבְעָה dicitur, fuit & alia ciuitas גִּבְעָה in tribu Iehuda, ideo diſcriminis cauſa ſubiungi ſolet Biniamin. Cognationem habet cum גָּבַהּ excelluit, & גָּבַב eminuit item cum גִּבֵּן gibboſus, deinde cum כֹּבַע & קֹבַע id eſt. galea, quæ eſt inſtar colliculi ſeu criſtæ. Hinc per aphæreſin. βουνός, id eſt collis.
1. Reg. 15. ꝟ. 22. Et ædificauit ex eis rex Aſa collem Biniamin. βουνὸν βενιαμίν. גֶּבַע
1. Sam. 13. ꝟ. 16. Et populus q inuentus erat cum eis, qui ſedebant in colle Biniamin. בְּגֶבַע
Ioſuæ 21. ꝟ. 17. De tribu Biniamin (dederũt ſacerdotibꝰ) ⁊c. Geba & ſuburbana eiꝰ. אֶת־גֶּבַע
2. Sam. 5. ꝟ. vlt. Et percuſsit, Philiſtæos à Geba ⁊c. ꝑ hoc ſcribitur מִגִּבְעוֹן 1. Par. 14. מִגֶּבַע
In pauſa. Nehem. 11. ꝟ. 31. Et filij Biniamin à Geba, Michmas & Aia. מִגָּבַע
Et tantum 2. Reg. 15. ꝟ. 22. Eſa. 10. ꝟ. 18. Zach. 14. ꝟ. 10. Nehem. 7. ꝟ. 30. cap. 12. ꝟ. 29. גְּבָעוֹת

גִּבְעָה Collis, colliculus in fœminino genere, idemq; vrbs Gibea in tribu Biniamin.
Exod 17. ꝟ. 9. Ego ſto ſuper cacumine collis. Septuag. ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ βουνοῦ. [illegible]
In reg. Eſa. 10. ꝟ. antep. Agitabit manum ſuam &c. verſus collem Ieruſalem. οἱ βουνοί. גִּבְעַת
Et plur. Pſ. 65. ꝟ. penul. Et exultatione colles accingentur. Septuag. βουνοί. גְּבָעוֹת
Cum affix. Ezechiel. 35. ꝟ. 8. Et implebo &c. colles tuos & valles tuas (interfectis) τοὺς βουνούς σου. גִּבְעוֹתֶיךָ
In reg. Habac. 3. ꝟ. 6. Incuruati ſunt colles æternitatis (vel colles ſeculi) βουνοί. גִּבְעוֹת
Item Gen. 49. ꝟ. 26. Exod. 17. ꝟ. 10. Num. 23. ꝟ. 9. Deut. 12. ꝟ. 2. cap. 33. ꝟ. 15.

גָּבִיעַ Scyphus, inſtar colliculi parui, tribuitur quoq; candelabro habenti partes extantes inſtar calicis. Hinc κῦφος vas concauum ad formam nauis, & Germanis ein Kopff genus poculi. 14. legitur tantum.
Gen. 44. ꝟ. 12. Et inuentus eſt ſcyphus in ſacco Biniamin. τὸ κόνδυ. הַגָּבִיעַ
Cum affix. & in regim. Geneſ. 44. ꝟ. 2. Et ſcyphum meum ſcyphum argenti. ϗ τὸ κόνδυ μου τὸ ἀργυροῦν. גְּבִיעִי גְּבִיעַ
Et plural. Exod. 25. ꝟ. 34. Et in candelabro quatuor ſcyphi inſtar amygdalorum facti. κρατῆρες. גְּבִעִים
Cum affix. Exod. 25. ꝟ. 31. & cap. 37. ꝟ. 17. Scyphi eius, ſphærulæ eius, & flores eius. גְּבִיעֶיהָ

מִגְבָּעוֹת Galeri, pilei latiores inſtar petaſoꝝ habentium in medio colliculũ, quater legitur
Exod. 28. ꝟ. 41. Et pileos facies eis ad gloriam & ornatum. ὲ κιδάρεις. וּמִגְבָּעוֹת
Et cap. 29. ꝟ. 9. Et alligabis eis pileos, & erit eis ſacerdotiũ ſtatuto perpetuo. κιδάρεις מִגְבָּעוֹת
In regim. Exod. 39. ꝟ. 28. Et cidarim byſsi, & ornamenta galerorum byſsinorum (fecerunt) κιδάρεις. הַמִּגְבָּעֹת

Gibeon

גִּבְעֹן Gibeon, metropolis hiuæorum, quæ filijs Biniamin diſtributa eſt in hæreditatem & poſtea filijs Algaron adſcripta.
Ioſuæ 9.℣.3. Et habitatores Gibeon audiuerunt omnia, quæ fecerat Ioſua. גִּבְעֹן
Et cap.18.℣.antep. Gibeon & Rama & Beeroth. Itē 1. Paralip.9.℣.35. &c.

גִּבְעוֹנִים Gibeonitæ, vel iuxta verſionem antiquam Gabaonitæ, ſunt incolæ Gibeon.
2. Samuel.21.℣.3. Et vocauit rex Gibeonitas & dixit ad eos, At Gibeonitæ non erant de filijs Iſrael, ſed de reliquijs AEmoreorum, quibus iurauerant filij Iſrael. לַגִּבְעֹנִים

גִּבְעֹל Folliculus, nodus lini. Componitur ex גֶּבַע id eſt, colliculus, & עַל iugum, vertex ſeu cacumen alicuius rei, nam linum in capite habet follicum intra quem continetur ſemen, atq; gibbus iſte ſimilis eſt colliculo aut iugo montis, inuenitur tantum ſemel, vt,
Exod.9.℣.31. Nam hordeũ erat pubeſcens, & linum habebat folliculũ. σπερματίζων. גִּבְעֹל

גָּבַר Superauit, exuperauit, inualuit, præualuit, prædominatus eſt alijs virtute, potentia & autoritate ſuperior fuit, & tranſitiuè roborauit, fortificauit. Cognationem habet cum כַּבִּיר creber ſeu copioſus, item אַבִּיר grauis, Hinc κυβερνάω guberno, κυβερνήτης gubernator, κυβέρνησις gubernatio.

In 1. Coniugat. גָּבַר vel גָּבֵר ſuperauit, exuperauit, conſtruitur cum Præpoſitione עַל & nonnunquam cum מִן ſignificante comparationem, vel abſolutè venit.
Pſ.103.℣.11. Quia ſicut altiores ſũt cœli terra, ita ſuꝑauit miſericordia εἰς. ἐκραταίωσε. גָּבַר
Exo.17.℣.11. Quando attollebat Moſe manum ſuam, ſuperabat Iſrael. κατίσχυεν. וְגָבַר
Et quando demittebat manum ſuam ſuperabat Amalec, id eſt, præualebat rex iſte. κατίσχυεν. וְגָבַר
Geneſ.7.℣.19. Et aquæ exuperauerunt vltra modum in terra, opertiq; ſunt montes. ἐπεκράτει. גָּבְרוּ
Pſalm.65.℣.4. Rationes iniquitatum ſuperiores me fuerunt, id eſt, opprimebar mole peccatorum. ὑπερεδυνάμωσαν. גָּבְרוּ
2.Sam.1.℣.23. Præ aquilis fuerunt velociores, præ leonibus fortiores fuerunt. גָּבֵרוּ
1.Sam.2.℣.9. Impij in tenebris domabuntur, quia non in robore exuperabit quiſq;. יִגְבַּר
Geneſ.7.℣.18. Et exuperauerunt aquæ, & multiplicatæ ſunt vehementer in terra. καὶ ἐπεκράτει. וַיִּגְבְּרוּ

In 2. Coniug. גִּבֵּר ſuperauit, corroborando ſuperauit. Eſt actiuum. Ter legit.
Zach.10.℣.6. Et corroborabo domũ Iehuda, & domũ Ioſeph ſeruabo. καὶ κατισχύσω. וְגִבַּרְתִּי
Et ℣.vltim. Et corroborabo eos in Iehoua, & in nomine meo ambulabunt ait Dominus. καὶ κατισχύσω. וְגִבַּרְתִּים
Eccle.10.℣.10. Si hebes fuerit ferrum 2c. virtutes corroborabit .i. requiret. יְגַבֵּר

In 3. Coniug. הִגְבִּיר fecit ſuperare, corroborauit. Bis tantum legitur, vt,
Dan.9.℣.vlt. Et corroborabit fœdus cum multis, hebdomade vno. וְהִגְבִּיר
Pſalm.12.℣.5. Linguam noſtram faciemus ſuperare (vel linguæ noſtræ addemus robur) μεγαλυνοῦμεν. נַגְבִּיר

In 4. Coniugat. הִתְגַּבֵּר fecit ſe ſuperare, corroborauit ſe. Ter inuenitur.
Iob 15.℣.25. Quia extendet contra Deũ manũ ſuã, & contra omnipotentẽ ſuꝑabit. יִתְגַּבָּר
Et cap.36.℣.9. Et indicauit eis opus eoꝝ, & tranſgreſsiones eoꝝ quòd exuperent. יִתְגַּבָּרוּ
Eſai.42.℣.13. Iubilabit atq; vociferabitur, ſuper inimicos ſuos corroborabit ſe. יִתְגַּבָּר

Inde nomina.

גֶּבֶר Vir qui exuperat alios virtute, autoritate & dominio. Hinc per aphæreſin vir.
Ieremiæ 17.℣.5. Maledictus qui confidit in viro, & ponit in carnem brachium ſuum. ὁ ἄνθρωπος. הַגֶּבֶר
In pauſa. Iob 10.℣.5. Num ſicut dies hominis dies tui, ſi anni tui ſicut dies viri? ἀνδρός. גָּבֶר
Et plur. Exo.10.℣.11. Non ita, ſed ite nunc vos viri, & colite Dominum. οἱ ἄνδρες. הַגְּבָרִים

גְּבַר Vir ſuperior in gubernatione familiæ, qui autoritate præualet.
Pſ.18.℣.27. Cum viro integro (ſeu perfecto) integrum te præſtabis. גְּבַר

גְּבִיר Vir, ſuperior, gubernator, dominus, herus. Hinc per aphæreſin vir. Bis tantum.
Gen.27.℣.29. Eſto vir (vel ſuperior) fratribus tuis, & ſupplicabunt tibi. κύριος. גְּבִיר

Et ℣. 37. Ecce herum (vel ſuperiorem) poſui eum tibi, & omnes fratres eius dedi ei. κύριον. גְּבִיר

גְּבִירָה Domina, hera ſuperior, gubernatrix. Hæc forma tantum abſolutè vſurpatur.
Ier. 13. ℣. 18. Dic regi & dominæ (.i. reginæ) humiliter ſedete &c. וְלַגְּבִירָה
Et præterea tantum 1. Reg. 11. ℣. 19. Ierem. 29. ℣. 2.

גְּבֶרֶת Domina, hera quæ ſuperior eſt autoritate & dominio.
In reg. Ieſ. 47. ℣. 5. Non adijcient vt vocent te dominam regnorum. ἰσχύς. גְּבֶרֶת
In pauſa ibid. ℣. 7. Et dixiſti in æternum ero domina, & hactenus non poſuiſti ad cor. ἄρχουσα. גְּבָרֶת
Cum aff. Pſ. 123. ℣. 2. Sicut oculi ancillæ manū dominæ ſuæ, ita oculi &c. κυρίας αὐτῆς. גְּבִרְתָּהּ

גִּבּוֹר Fortis, vir præualidus qui gubernat alios, aut qui alijs ſuperior eſt authoritate.
Ier. 9. ℣. 22. Ne glorietur fortis in fortitudine ſua, ne glorietur diues &c. ὁ ἰσχυρός. גִּבּוֹר
Cum affi. 1. Sam. 17. ℣. 52. Et viderunt Philiſtæi quòd mortuus eſſet fortis eorum. גִּבּוֹרָם
Et plur. Prou. 21. ℣. 22. Ciuitatem fortium tranſcendit (.i. vincit) ſapiens. גִּבֹּרִים
Cum affi. Oſe. 10. ℣. 13. Confiſus es in via tua, & in multitudine fortium tuorum. גִּבּוֹרֶיךָ
In reg. Pſ. 103. ℣. antep. Benedicite Iehoua angeli eius, fortes virtute &c. δυνατοὶ. גִּבֹּרֵי

גְּבוּרָה Fortitudo, robur animi & corporis quo alius alium ſuperat, ſuperlatio.
Pſ. 89. ℣. 14. Tibi eſt brachium cum fortitudine, firmabitur manus tua &c. גְּבוּרָה
Cum affi. leui. Pſ. 21. ℣. vlt. Cantemus & celebrabimus fortitudinem tuam. גְּבוּרָתֶךָ
Cum affi. graui. Ieſ. 30. ℣. 15. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. גְּבוּרַתְכֶם
In reg. Pſ. 147. ℣. 10. Non in fortitudine equi voluntatem habebit &c. בִּגְבוּרַת
Et plur. Pſ. 90. ℣. 10. Dies annoꝝ noſtroꝝ ſunt ſeptuaginta, & ſi ſuperlationes &c. בִּגְבוּרוֹת
In reg. Pſ. 106. ℣. 2. Quis recitabit fortitudines Iehoua, &c. δυναστείας τοῦ κυρίου. גְּבוּרוֹת
Cum affi. Pſ. 150. ℣. 2. Laudate eum in fortitudinibus eiꝰ &c. ἐπὶ ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ. בִּגְבוּרֹתָיו

גָּבִישׁ

Gabis, nomen lapidis precioſi, quem nonnulli vocant Cryſtallum, & legitur quoq̃ compoſitum cum אֶל .i. ad, vel אֵל potens, quaſi dicat, ad formam Cryſtalli prægrandis, vide ſupra. Semel extat.
Iob 28. ℣. 18. Coralliorꝝ & Gabis non fiet mentio .i. nihil reputabunť ad ſapientiā. גָּבִישׁ

גָּג

Tectum planum non cacuminoſum, peribolus in ſummitate ædium, vt in terra palæſtina eiuſmodi fuerunt domus habentes ſolarium circummunitū ne quis decidere poſsit, Radix inuſitata eſt, גגג aut גָּגַג: Cognationem habet cum גָּנַן cinxit, protexit &c. Hinc οἶκος, οἰκίον, domus, ſeu tectum pro domo per Synecdochen. οἰκέω habito in tectis, οἰκίζω facio habitare. Olim enim homines in tectis potiſsimè habitabant, vt ex lectione Bibliorum patet, vnde & in Euangelio dicitur: Qui eſt in tecto non deſcendat &c. Et Germani ab hac radice acceperunt, ein Gang.
In reg. Ezech. 40. ℣. 13. Et menſus eſt portam à tecto thalami ad tectum eius. מִגַּג גַּגּוֹ
2. Sam. 11. ℣. 2. Et deambulauit ſuper tecto domus regiæ, & vidit &c. הַגָּג
In pauſa. Pſ. 102. ℣. 8. Vigilaui & fui ſicut paſſer ſolitarius ſuper tecto. ἐπὶ δώματος. גָּג
Cum He locali. Ioſu. 2. ℣. 6. Et ipſa fecerat eos aſcendere ſurſum ad tectum. ἐπὶ τὸ δῶμα. הַגָּגָה
Cum affix. Deutero. 22. ℣. 8. Si ædificaueris domum nouam, facies ambitum tecto tuo. τῷ δώματί σου. לְגַגֶּךָ
Exo. 30. ℣. 3. Et operies (vel obduces) illud auro mūdo, tectū eiꝰ, &c. τὴν ἐσχαρίδα αὐτοῦ. גַּגּוֹ
Et plur. vſurpatur in fœminino genere, licet eius ſingulare non inueniatur.
Zopho. 1. ℣. 5. Et adorantes ſuper tectis militiam cœli, id eſt, ſupplicantes exercitui cœli. ἐπὶ τὰ δώματα. הַגַּגּוֹת
In regim. Pſalm. 129. ℣. 6. Erunt tanq̃ gramen tectorum, quod priuſq̃ euulſum fuerit &c. δωμάτων. גַּגּוֹת
Cum affix. Ierem. 19. ℣. antepenult. Ad omnes ædes in quarum tectis ſuffierunt &c ἐπὶ τῶν δωμάτων. גַּגֹּתֵיהֶם
Itē Exo. 30. ℣. 3. ca. 37. ℣. 26. Ioſ. 2. ℣. 8. Iud. 9. ℣. 21. cap. 16. ℣. 27. Ieſ. 16. ℣. 22. ca. 18. ℣. 25.

גָּדַד Excurrit turmatim, incurſionem fecit cuneatim, quemadmodum milites leuis armaturæ gregatim excurrunt ad depopulandum agros, & ad exercenda latrocinia, quo hominibus nocent, eosq́ contriſtant. Cognationem habet cum אֲגֻדָּה faſciculus, & בָּגַד præuaricatus eſt excurrendo metas ſuas. Hinc eſt κήδω & κηδέσκω contriſto, deſtruo, lædo, noceo, nam milites excurrentes damnum inferunt populo in vicinia habitanti. Crebrius autem in 4. Coniugatione vſurpatur, vbi irruptionem in cutem corporis ſui, lacerando ſe cultris vel vnguibus præ nimio dolore & triſticia ſignificat, quemadmodum olim luctuoſi in funeribus & exequijs mortuorum ſe lacerare, & crines euellere ſolebant indicantes mœſticiam ſuam ingentem. Hinc κηδεύω funero, parento, iuſta facio, κηδέω triſtor, angor, κήδειος funeralis, κήδομαι triſtor, exequias curo, κῆδος triſticia, funus, exequiæ, ἐπικήδιον epicedium.

In 1. Coniug. גָּדַד & גַּד excurſionem fecit. Legitur tantum ſemel, vt,

Pſalm. 94. ℣. antep. Excurſionem facient contra animam iuſti, & ſanguinem innocentem &c. θηρεύσουσιν. יָגוֹדּוּ

In 4. Coniug. הִתְגּוֹדֵד excurrit in ſeipſum, lacerauit. Quando autem habet accuſatiuum, ſignificat in aliam perſonam vel rem excurrere. Legitur ſepties.

Ier. 41. ℣. 5. Raſi barba, ſciſſi veſtimentis, & lacerantes ſe præ dolore κοπτόμενοι. וּמִתְגֹּדְדִים

Deu. 14. ℣. 1. Non lacerabitis vos ipſos, neq́ ponetis caluitium inter oculos veſtros propter mortuum. תִּתְגֹּדְדוּ

Ier. 47. ℣. 5. Vſquequo dilaceras te? κόψῃς. תִּתְגּוֹדָדִי

Ier. 16. ℣. 6. Et non plangent ſuper eos, neq́ lacerabit ſe (quiſquam) κόψονται. יִתְגֹּדַד

1. Reg. 18. ℣. 28. Et incidebant ſe more ſuo gladiolis & lanceolis vſq́ ad effuſionem. καὶ κατετέμνοντο. וַיִּתְגֹּדְדוּ

(ἐμφραχθήσεται.

Mich. 5. ℣. 4. Nunc fac te excurrere filia latronis .i. nunc congregabis te turmatim, תִּתְגֹּדְדִי

Ier. 5. ℣. 7. Et adulterati ſunt, & in domum meretricis fecerunt ſe irruere. κατέλυον. יִתְגּוֹדָדוּ

Inde nomina.

גְּדוּד Turma militum, cuneus excurrens ad depopulandos agros, globus militum & latrunculorum. Quando terræ vel agro tribuitur ſignificat glebam cuneatam, quæ conſtipata & compacta eſt ex multis micis ſeu pulueribus terræ.

2. Sam. 22. Pſal. 18. ℣. 30. Quia tecum incurram turmam, & cum Deo meo tranſiliam murum. πειρατηρίου. גְּדוּד

Oſeæ 7. ℣. 1. Et fur ingredietur, exſpoliabit cuneus (vel prædo) foris. λῃστής. גְּדוּד

In reg. 2. Par. 25. ℣. 10. Quid fiet cum centum talentis, quæ dedi turmæ Iſraelis. לִגְדוּד

Et plur. 2. Reg. 5. ℣. 2. Et Syri egreſsi ſunt cuneati (vel turmatim) Sept. μονόζωνοι. גְּדוּדִים

In reg. 2. Reg. 24. ℣. 2. Et miſit Deus contra eum turmas Chaldæorum & turmas Syrorum μονοζώνους. גְּדוּדֵי

Cum aff. Pſ. 65. ℣. 10. Sulcos eius irriga, deprime glebas eius. גְּדוּדֶיהָ

גְּדוּדָה Incurſio, inciſio, vt ſi quis præ dolore lacerat cutem ſuam. Semel extat.

Plur. Ier. 48. ℣. 36. Omnis barba raſa, ſuper omnium manibus inciſiones. κόψονται. גְּדוּדוֹת

גַּד Mars, Deus belli, itẽ ſemẽ coriãdri, quod effuſũ diſcurrit turmatim, & ꝓpriũ viri.

Eſ. 65. ℣. 11. Et inſtruitis ipſi Gad menſam, & impletis Meni. Sept. δαιμονίῳ. לַגַּד

Exod. 16. ℣. 31. & Num. 11. ℣. 7. Et illud Man erat veluti ſemen coriandri. Sept. κορίου. גַּד

Gen. 30. ℣. 10. Et dixit Lea, turmatim, & vocauit nomen eius Gad. גָּד

גְּדִי Hædus, hædulus lactens qui incurrit vbera matris, & eſt tàm caprini quàm ouilli generis, Radix inuſitata eſt, גָּדָה Cognationem hahet cum גָּדַד excurrit. Hinc αἰγίδιον, & latini pro Gimel ſubſtituunt aſpirationem dicendo hædus, hædulus.

Ieſ. 11. ℣. 6. Et habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo cubabit. ἐρίφῳ. גְּדִי

In reg. Gen. 38. ℣. 17. & dixit, Ego mittam hœdum caprum de grege. ἔριφον. גְּדִי

Et plur. 1. Sam. 10. ℣. 3. Vnus portans tres hædos. Sep. τρία αἰγίδια גְּדָיִים

In reg. Gen. 27. ℣. 9. Vade ad gregem & accipe mihi inde duos hædulos caprarum. δύο ἐρίφους. גְּדָיֵי

גְּדִיָּה Hædula. In fœminino genere legitur tantum pluraliter & ſemel.

Cum aff. Cant. 1. ℣. 8. Et paſce hædulas tuas iuxta habitacula paſtorum. ἐρίφους σου. גְּדִיֹּתַיִךְ

גָּדוֹת Ripæ in quas excurrit aqua, littora. Cognationem habet cum יָדוֹת i. manus, nam aquarum manus ſunt littora ſeu ripæ. Hinc ὄχθη ripa, ἀκτή littus. Legitur quater.

Plur. Cum aff. Ioſ. 3. ℣. 15. & cap. 4. ℣. 18. Et Iordanis plenus erat ſuper omnes ripas ſuas. κρηπῖδα αὐτοῦ. גְּדוֹתָיו

Ieſ. 8. ℣. 8. Et aſcendet ſuper omnes alueos eius, & tranſibunt ſuper omnes ripas eius. τεῖχος ὑμῶν. גְּדוֹתָיו

1. Par. 12. ℣. 15. Et ipſe Iordanis implebat vſque ad omnes ripas eius. גְּדוֹתָיו

גָּדַל Magnus fuit, magnificatus eſt, ſuccreuit in ſtaturam magnam ſeu longam. Cognationem habet cum דָּלַג exilijt in ſublime vel in magnitudinem, & cum גֶּלֶד cutis ſeu pellis pro magnitudine corporis. Hinc per protheſin μαγαλυνω magnifico, μέγας, μεγάλη, magnus, magna. Et per tranſpoſitionem δολιχός longus. Latini pro d vſurpant n literam eiuſdem inſtrumenti, & per metatheſin dicunt longus. Germanicè lang/ cognatæ ſignificationis.

In 1. Coniug. גָּדֵל & גָּדַל magnus fuit, magnificatus eſt, ſuccreuit.

Iob. 2. ℣. pen. Quia viderunt quod magnus fuit dolor vehementer. μεγάλη. גָּדַל

1. Sam. 2. ℣. 26. Et puer Samuel proficiebat, & magnus fiebat, & bonus erat. μαγαλυνόμενον. וְגָדֵל

Iob. 31. ℣. 18. Nam à iuuentute mea ſuccreuit mecum (vel educauit me.) ἐξέτρεφον. גְּדֵלַנִי

2. Sam. 5. ℣. 10. Et ibat Dauid proficiendo & creſcendo, & erat Iehoua &c. καὶ μεγαλυνόμενος. וְגָדוֹל

Gen. 41. ℣. 40. Tantum ſolio maior te ero. i. honoratior te. ὑπερέξω. אֶגְדַּל

Gen. 26. ℣. 13. Et magnus fuit ille & proficiebat procedendo & creſcendo. καὶ ὑψώθη. וַיִּגְדַּל

In 2. Coniug. גִּדֵּל & גִּדַּל magnificauit, educauit.

Ieſ. 49. ℣. 21. Et hos quis magnificauit? En ego relictus ſum ſolus, iſti autem vbi? גִּדֵּל

Ioſ. 4. ℣. 14. In die illo magnificauit Iehoua Ioſuam. i. illuſtrem fecit. ηὔξησε. גִּדַּל

2. Reg. 10. ℣. 6. Et filij regis ſeptuaginta viri cum magnatibus &c. qui eos educabant. מְגַדְּלִים

Pſ. 144. ℣. 4. à fine. Filij noſtri ſicut plantæ, magnificati in iuuentute ſua. ἱδρυμένα. מְגֻדָּלִים

Ioſ. 3. ℣. 7. Et dixit Iehoua ad Ioſuam: Hodie incipiam magnificare te. ὑψῶσαί σε. גַּדֶּלְךָ

Pſ. 34. ℣. 4. Magnificate Dominum meum, & exaltabimus nomen eius vna. μεγαλύνατε. גַּדְּלוּ

Gen. 12. ℣. 2. Et benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum. i. illuſtre reddam. καὶ μεγαλυνῶ. וַאֲגַדְּלָה

Ieſ. 44. ℣. 14. Plantauit ornum, & pluuia magnificabit eam. ἐμήκυνεν. יְגַדֵּל

In 3. Coniug. הִגְדִּיל magnificauit, magnificè prædicauit. Sæpe legitur, vt,

Pſ. 126. ℣. 2. Magnificauit Iehoua ad faciendum cum eis. Sept. ἐμεγάλυνε. הִגְדִּיל

Pſ. 35. ℣. antep. Induantur confuſione & ignominia, magnificantes ſuper me. μεγαλορρημονοῦντες. מַגְדִּילִים

Amos 8. ℣. 5. Ad minorandum Epha, ad magnificandum ſiclum. μεγαλῦναι. וּלְהַגְדִּיל

Ezech. 24. ℣. 9. Væ ciuitati ſanguinum, ego quoque magnificabo Pyram. μεγαλυνῶ. אַגְדִּיל

Obad. 1. ℣. 12. Et ne magnifices os tuum, in die tribulationis. i. non gloriaberis. μὴ μεγαλορρημονήσῃς. תַּגְדֵּל

In 4. Coniug. הִתְגַּדֵּל magnificauit ſe ipſum. Quater vſurpatur.

Ezech. 38. ℣. vlt. Et magnificabo meipſum, & ſanctificabo me, &c. μεγαλυνθήσομαι. וְהִתְגַּדִּלְתִּי

Ieſ. 10. ℣. 15. Nunquid gloriabitur ſecuris contra ſecantem ea, an magnificabit ſe ſerra? ὑψωθήσεται. יִתְגַּדֵּל

Dan. 11. ℣. 37. Et eleuabit ſe ipſum, & magnificabit ſe ſuper omnem Deum. μεγαλυνθήσεται. וְיִתְגַּדֵּל

Dan. 11. ℣. 37. Neque vllum Deum curabit, quia ſuper omnia ſe magnificabit. יִתְגַּדָּל

Inde nomina.

גָּדוֹל Magnus, grandis, amplus, maximus. Græci hinc deducunt μεγάλον.

Pſ. 145. ℣. 3. Magnus Iehoua, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non finis. גָּדוֹל

In reg. Ezech. 17. ℣. 3. Aquila grandis, magna alarum. i. longis alis. μέγας. גְּדוֹל

Cum Maccaph. Pro. 19. ℣. 19. Magnus iræ accipiet damnum &c. κακόφρων. גְּדָל־

Cum affix. Ionæ 3. ℣. 5. Et induerunt ſaccos à magno eorum vſque ad paruum eorum. ἀπὸ μεγάλου αὐτῶν. מִגְּדוֹלָם

Et plur. Pſ. 111. ℣. 2. Magna opera Domini, quæ inquiruntur ab omnibus &c. μεγάλα גְּדֹלִים

מִגְרָעָה Subtractio, retractio, repreſsio, diminutio. Legitur tantum ſemel muro tributum, & ſignificat eiuſmodi ſubtractionem, vbi inferior muri pars introrſum retracta latior eſt & magis prominet quàm ſuperior, vt in eo quieſcant trabes.

Plur. 1. Reg. 6. ℣. 6. Quia retractiones fecerat domui circumquaqꝫ foràs. מִגְרָעוֹת

Carpſit,

גָּרַף Carpſit, compræhendit aliquid fortiter manu in condylos contracta, complexus eſt pugillo. Cognationē habet cū כְּרוּב occultatum Cherub, nam Cherubin alis ſuis tegebant faciem ſuam. Quicquid enim intra manum, vel in pugillo clauſo retinetur, eſt abſconditum. Hinc γράφω ſcribo manu conuoluta, γριπίνω piſcor, manibus includendo piſces. Et latinum carpo, Germanicum **grappen / greiffen /** Item γρύφες gryphes **greiffe /** aues quæ vnguibus compræhendunt & firmiter tenent prædam captam.

In 1. Coniug. גָּרַף carpſit, compræhendit. Semel reperitur hoc verbum, vt,
Iud. 5. ℣. 21. Torrens Kiſon carpſit. i. compræhendit eos. Hieron. Traxit cadauera e- גְּרָפָם
orum. Et propriè traxit eos conuolutos. κατεπατήσεν. German. **hat ſie ergrapt.**

Inde nomina.

אֶגְרֹף Pugnus, manus conuoluta, qua aliquid apprehenſum detinemus. Semel.
Exo. 21. ℣. 18. Et percuſſerit aliquis proximum ſuum lapide aut pugno. בְּאֶגְרֹף
מֶגְרָפָה Gleba terræ conuolutæ in formam & quantitatem pugilli. Legitur ſemel.
Plur. cum af. Ioel 1. ℣. 17. Computruerunt ſemina diſperſa ſubter glebas ſuas. מֶגְרְפֹתֵיהֶם

גָּרַר Secuit lapides, incîdit lapides, perpoliuit grandiores lapides ad formam quadratam vt ædificijs fierēt aptiores, quemadmodum ſolent facere latomi ſeu lapidicidę. Olim autem in terra palæſtina erant lapides ſectiles, qui ſerra aut inſtrumento quodam complanabantur, ex quorum ramentis fiebat gypſus, materia calci ſimilis, qua tectoria parietibus inducebantur. Cognationem habet cum גָּרָה prouocauit, traxit, exagitauit trahendo hinc inde, Nam & lapides ſerra aut inſtrumento leuigabantur tractu continuo. Hinc κείρω, cædo, excido, detondeo, rado, vt, κείρω τὸ ὄρος, repurgo montem.

In 2. Coniug. גֵּרֵר ſerrauit. Legitur tantum ſemel in Biblijs, vt,
1. Reg. 7. ℣. 9. Omnes iſti erant lapides precioſi ſecundum modos ſectionis, ſerrati מְגֹרָרוֹת
(vel inciſi) ſerra, tam intus quàm foris. i. ex vtraque parte domus.

Inde nomina.

מְגֵרָה Traha, ſerra, inſtrumentum ferreum quo homines operabantur in ſerrandis lapidibus ſectiuis, & erat labor duriſsimus, ac ſeruitus grauiſsima, Græci vocant carcerem λατομίαν, quòd damnati ad lapides excidendas mittebantur. Bis legitur.
2. Sam. 12. ℣. vltimo. Et populum &c. conſtituit in ſerram, & in raſtros ferri, &c. בַּמְּגֵרָה
Et plur. 1. Par. 20. ℣. 3. Et in ſerras & ſic faciebat omnibus ciuitatibus filiorum Ammon. בַּמְּגֵרוֹת
Hoc eſt, conſtituit eos, vt perpetuo laborarent in ſecandis lapidibus & trahendis raſtris, &c. Rabini exponunt quod Dauid diſſecuerit filios Ammon ſerra, qua dilaniebantur hi qui ad ſupplicia trahebantur. Et aliàs non inuenitur.

גֵּר Ramentum ex lapidibus ſectiuis, fruſtum lapidum, rudus, materia ex ſegmentis, quæ erat res cognata calci ſeu gypſo, qua inungebantur parietes. Semel habetur.
Ieſ 27. ℣. 9. Cum poſuerit ipſe omnes lapides aræ, ſicut lapides ruderis (vel gypſi.) גִּר

גֵּרָה Gera, genus monetæ apud Ebræos numiſma minutiſsimum. Habet cognationem cum אֲגוֹרָה obulus. Hinc Græci acceperunt γρῦ, vnde prouerbium, vt, οὐδὲ γρῦ ne gry quidem.
Exod. 30. ℣. 13. & Leu. 27. ℣. 25. Viginti Gera conſtituunt ſiclum. גֵּרָה
Et præterea tantum Num. 3. ℣. 47. & cap. 8. ℣. 16. item Ezech. 45. ℣. 12. גֵּרָה

גָּרַשׁ Eiecit āliquem odioſè, expulit, extuſit, repudiauit, profligauit. Et ſemper in malam partē accipitur, proinde vt Latini dicunt, ad coruos mittere. Cognationē habet cum גָּרַס extriuit, excuſsit גָּרַז excidit, Et cum רָגַשׁ graſſatus eſt. Hinc per reſolutionem שׁ in σκ, & facta inuerſione radicis eſt græcum σκορακίζω i. eijcio, profligo, in malam crucem mitto, ἀποσκορακίζω eijcio cum odio.

In 1. Coniug. גָּרַשׁ eiecit, expulit. Conſtruitur ferè cum מִן & octies reperitur.
Exod. 34. ℣ 11. Ecce ego eijcio à facie tua Aemorreum & Chananæum. גֵּרֵשׁ
Leuit. 21. ℣. 7. 14. cap. 22. ℣. 14. Scortum non accipient, neque vxorem repudiatam. גְּרוּשָׁה
βεβηλωμένην.
Ezech. 44. ℣. 22. Et repudiatam non accipient. Numerorum 30. ℣. 10. Votum viduæ וּגְרוּשָׁה
& repudiatæ. Ezech.

Ezech.45.℣.9.Suſtollite eiectiones veſtras.i.nolite repudiare vxores veſtras. גְּרֻשֹׁתֵיכֶם
Eſa.57.℣.penult. Et eiecerunt aquæ eius cœnum & lutum. וַיִּגְרְשׁוּ

In voce paſsiua נִגְרַשׁ eiectus eſt à ſeipſo, ter inuenitur vſurpatum, vt,
Amos 8.℣.8.Et eijcietur & demergetur (in profundum) ſicut eſt riuus Aegypti. וְנִגְרְשָׁה
Ionæ 2.℣.5.Et ego dixi, eiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum. נִגְרַשְׁתִּי
Eſaiæ 57.℣. penultimo. Impij autem ſunt tanquam mare quod eijcitur, & quieſcere non poteſt. נִגְרָשׁ

In 2.Coniug. גֵּרֵשׁ eiecit, expulit frequenter, conſtruitur ſæpe cum מִן, vt,
Gen.4.℣.13.Ecce eieciſti me hodie à ſuperficie terræ, & à conſpectu tuo. גֵּרַשְׁתָּ
1.Sam.26.℣.20.Quia eiecerunt me hodie ne adhæream hæreditati Domini. גֵּרְשׁוּנִי
Exod.11.℣.1. Quumque tandem dimittet plenè, eijciendo eijciet vos hinc. גָּרֵשׁ יְגָרֵשׁ
1.Paral.17.℣.21.Ad eijciendum à facie populi tui, quem liberaſti ex AEgypto. לְגָרֵשׁ
Gen.21.℣.10. Expelle ancillam iſtam cum filio ſuo, quia non hæreditabit. גָּרֵשׁ
Iudic. 2.℣.3. Ego quoque dixi, non repellam eos à facie veſtra, ſed erunt vobis &c. אֲגָרֵשׁ
Pſalm. 80.℣.9. Eieciſti gentes, & implantaſti eam (vitem quam ex AEgypto tranſtuliſti.) תְּגָרֵשׁ
Geneſ.3.℣.vlt. Et eiecit hominem, & collocauit (eum) è regione horti. וַיְגָרֶשׁ
Et ſic Exod. 2.℣.17. Cap. 6.℣.1. Cap. 23.℣.28. 29. 30. 33. Numer. 22.℣.6. 11.
Deuter. 34.℣.26. Eſa. 24.℣.12 18. &c.

In voce paſsiua גֹּרַשׁ eiectus eſt alio eijciente, Bis tantum legitur in Biblijs, vt,
Exod.12.℣.39.Nam eiecti erant ab AEgyptijs, nec poterant cunctari. גֹּרְשׁוּ
Iob.30.℣.5.A tergo expellentur, clamabunt (homines) ſuper eos ſicut ſuper furem. יְגֹרָשׁוּ

Inde nomina.

גֶּרֶשׁ Eiectio, expulſio, Legitur tantum ſemel in ſacris Biblijs, vt,
Deu 33.℣.14.Et à fructu eiectionis lunæ .i. quem luna operatione ſua protrudit. גֶּרֶשׁ

מִגְרָשׁ Eiectio, expulſio, præter vnum locum ſemper de ciuitate dicitur, & ſignificat prædium ſuburbanum, villam extra mœnia vrbis poſitam, quaſi dicas, eiectam extra vrbem, vt,
Numer.35.℣.2. Et ſuburbium ad oppida per ambitum eorum dabitis Leuitis. Gr. προάστια. וּמִגְרָשׁ
Cum affixo. Ezechiel 36.℣.5. Propter eiectionem eius ad prædam, id eſt, vt pateat direptioni. מִגְרָשָׁהּ
In reg. Leu.25.℣.34.Et ager ſuburbij ciuitatum illorum non vendetur. מִגְרַשׁ
Et plur. cum aff. leui. Ioſuæ 21.℣.13. Hebron & ſuburbia eius, & Libna atque ſuburbia eius. ἀφωρισμένα. מִגְרָשֶׁיהָ
Cum aff. graui Ioſ. 21.℣.8. Dederunt filij Iſrael Leuitis vrbes has & ſuburbia earum. מִגְרְשֵׁיהֶן
In reg. Num.35.℣.4.Et ſuburbia ciuitatum, quæ dabitis Leuitis. וּמִגְרְשֵׁי
Et ſic Num.35. Ioſ 21.1.Paral.6.& 2.Paral.11.Ezech.48.in multis ℣ſibus.

מִגְרָשׁוֹת Eiectiones maris, vt ſunt procellæ & fluctus qui ad ripas eijciuntur. Semel.
Ezech. 27.℣.28. Ad vocem clamoris nautarum contremiſcent procellæ. Hieronymus vertit claſſes, id eſt, naues &c. מִגְרָשׁוֹת

גֶּרֶשׂ

Groſſus, groſſulus, & dicitur de omni fructu terræ præmaturo, & præſertim de frugibus craſsioribus & optimis. Cognationem habet cum גָּרַס excuſſus eſt. Hinc groſſus, groſſulus, quod latini tantum de ficis accipiunt, Et german. gruſen/gruſig/ quod adhuc eſt in ſucco ſuo. Rabini exponunt pro excuſsione, alij pro contuſione idem quod גֶּרֶס: Bis inuenitur, vt,
In reg. Leu.2.℣.14.Pubertatem (frugis) toſtam igni, groſſum Carmel adduces. χίδρα ἑλικτὰ גֶּרֶשׂ
Cum aff. ibid.℣.vlt. Et ſuffiet ſacerdos &c. de groſſo eius. ἀπὸ τῶν χίδρων. מִגִּרְשָׂהּ

גֶּשֶׁם

Pluit largius, profudit agmen aquarum ex concretis nubibus. Cognationem habet cum גִּשֵּׁשׁ palpauit, nam ſignificat pluuiam denſiſsimam, ita vt manibus ferè poſsit palpari, Item affinitate alludit ad נָשַׁם ſpirauit, pluuias enim eiuſmodi cadentes comitantur venti ſpirantes. Hinc Græci per metatheſin literarum ἰκμάζω humeo, ſtillo, fluo, ἰκμάς humor, ἰκμασία humiditas.

In 3.Coniug.הִגְשִׁים fecit pluere,demiſit imbrem grandem.Semel extat.

Ier.14.℣.vlt.Nunquid ſunt inter idola gentium, quæ imbres faciunt? מַגְשְׁמִים

Inde nomina.

גֶּשֶׁם Imber largiſsimus qui continuat & penetrat, & quem venti concomitantur.
Ieſ.55.℣.10.Nam ſicut deſcendit imber & nix de cœlo,& illô non redit. ὑετὸς. הַגֶּשֶׁם
Pro.25.℣.13.Nubes & ventus abſq; imbre, eſt qui magnificè pollicetur &c.ὑετοῦ. וְגֶשֶׁם
In reg.Pſ.68.℣.10.Pluuiã munificentiarū(vel liberalitatũ)eleuabis Deus. βροχὴν. גֶּשֶׁם
In pauſa.1.Reg.18.℣.pen Et deſcende,ne te obſeret.i.intercipiat pluuia. ὑετὸς. הַגָּשֶׁם
Et plur.Eſræ 10.℣.9.Trementes ſuper verbo iſto, & propter imbres. וּמֵהַגְּשָׁמִים
Cum aff.graui.Pſ.105.℣.32.Dedit(vel poſuit)imbres eorū(in grandinem. גִּשְׁמֵיהֶם
In regim. Ezech.34.℣.25. Et deducam imbrem in tempore ſuo, imbres benedictionis erunt. ὑετὸν. גִּשְׁמֵי

גֹּשֶׁם Imber,cũ affixo mutatur holem in ָ: & cognationis gratia in ֻ Semel extat, vt,
Cum aff.Ezech.22.℣,24.Tu es terra iucunda,non eſt nubes eius in die indignationis.R.D.contendit eſſe pual,paſsiuum 2.Coniug: .i. quæ non eſt compluta. גֻּשְׁמָה

גָּשַׁשׁ Palpauit manibus ſicut cæcus attrectando parietem. Cognationem habet cum נָגַשׁ acceſsit, nam palpantes accedendo attingunt paſsim, & affinitate reſpicit ad מָשַׁשׁ contrectauit complectendo aliquid.
In 2.Coniug.גִּשֵּׁשׁ palpauit.Inuenitur tantum bis vno in loco, vt,
Ieſa.59.℣.10.Palpabamus tanq; cœci ad parietem,& ſicut non habentes oculos palpabamus,impegimus in meridie quaſi in tenebris. ψηλαφήσουσι. נְגַשְׁשָׁה נְגַשֵּׁשָׁה

גַּת Torcular, ſiue turculare, & torcularium, inſtrumentum ac prelum quo exprimuntur vuæ, tota illa machina vino oleouè exprimendo accommodata.Radix eiꝰ eſt גָּתַת ſed non vſurpatur.Cognationem habet cum בָּתַת contudit,contorſit.Hinc Græci acceperunt ſine dubio γήθω, γηθέω, γαθέω, & latini gaudeo, Nam tempore vindemiæ, & expreſsionis vuarum gaudent homines in torcularibus.Eſt fœmininum,& quater legitur,vt,
Ioel 4.℣.13.Deſcendite,quia plenum eſt torcular, exundauerunt lacus. ὁ ληνὸς. גַּת
Iud.6.℣.11. At Gideon filius eius exterebat triticum in torculari. ἐν ληνῷ. בַּגַּת
Thren.1.℣.15.Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iehuda. ληνὸν ἐπάτησε. גַּת
In pauſa.Ieſ.63.℣.2.Et veſtes tuæ ſunt inſtar calcantis in torculari. ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ. בְּגַת

גִּתּוֹת Torcularia,& in hac forma reperitur tantum pluraliter ſemel,vt,
Nehem. 13. ℣. 15. In diebus illis vidi in Iudæa calcantes torcularia in Sabbatho. πατοῦντας ληνοὺς. גִּתּוֹת

גַּת Gath nomen ciuitatis Palæſthinæ, in qua torcularis inſtrumentum eſt inuentum & excogitatum propter magnam vini vbertatem ibidem naſcentis.
1.Sam.17.℣.4.Et prodijt &c.de caſtris Philyſthæorū Goliath nomine de Gath. מִגַּת
2.Sam.1.℣.19.Non indicabitis in Gath,neq; annunciabitis in plateis Aſcalon. בְּגַת

גִּתִּי Gitthæus, homo & ciuis de Gath, Gentile nomen eſt,vt,
2.Samu.6.℣.10. Et tetendit eam (arcam) Dauid in domum Obed AEdom Gitthæi. הַגִּתִּי
Et plur.2.Sam.15.℣.17.Et oẽs Gitthæi ſexcenti viri qui venerant pedeſtres de Gath. הַגִּתִּים

גִּתִּית Gitthith, inſtrumentum muſicum in vrbe Gath inuentum. Chaldæus Paraph. vertit citharam è Gath. Quidam exponunt pro torculari. גִּתִּית
Pſ.8.℣.1.Ad continuandum(vel præcinendum)ſuper Gitthith Pſalmus Dauid.
Eadem inſcriptio reperitur quoq; Pſ.81.& Pſ.84.& præterea nullibi extat.

Pſalm. 117.

ד:

דֶּרֶךְ פִּקּוּדֶיךָ הֲבִינֵנִי וְאָשִׂיחָה
בְּנִפְלְאוֹתֶיךָ:

Tabuit,

דָּאַב Tabuit, extabuit, intabuit, diſtabuit præ mœrore animi aut præ ſenectute, elanguit & perijt Phthiſi, Idem quod אָרַב & דּוּב, Paulominus ſignificat quàm כָּאַב doluit, nam hoc cruciatum ſentit. Cognationem habet cum אָבַר perijt, nam tabeſcentes ſenſim in corpore deficiunt & pereunt. Hinc tabeo, tabeſco cum compoſitis, diſtabeo, extabeſco &c. Et Germani rem deſtitutam ſuo vigore vocant Daub. Et Græci per metatheſin literarum. φθίω, φθίνω. id eſt, corrumpo vel tabeo.

In 1. Coniug. דָּאַב contabuit, languidus fuit. Eſt neutrum, ter legitur.
Pſ. 88. ℣. 10. Oculus meus contabuit ab afflictione. ἠσθένησεν. דָּאֲבָה
Ieremiæ 31. ℣. 25. Quia irrigaui animam feſſam, & omnem animam quæ tabuit expleui. πεινῶσαν. דָּאֲבָה
Et ℣. 12. Et erit anima eorum ſicut hortus irriguus, & non addet contabeſcere. πεινάσουσιν ἔτι. לְדַאֲבָה

Inde nomina.

דְּאָבָה Tabes, tabitudo, corruptio. Legitur tantum ſemel in Biblijs.
Iob 41. ℣. 14. In colle eius moratur fortitudo, & coram eo tripudiabit tabes. דְּאָבָה
דַּאֲבוֹן Tabitudo, tabes, morbus tabificus. Legitur ſemel.
In regim. Deutero. 28. ℣. 4. à fine. Et dabit tibi Iehoua &c. & tabitudinem animæ. τηκομένην ψυχὴν. וְדַאֲבוֹן

דָּאַג Solicitus fuit, ſolicitatus eſt, ſolicitè metuit, anxiè curauit. Affinitatem habet cum דָּאַב tabuit, & שָׁאַג rugiuit, Nam ſolicitudo cordis facit homines tabeſcere vt rugiant & moroſi ſint. Hinc per inuerſionem literarum κήδω, κήδομαι, κηδέω, κηδάνω, ſolicitus ſum, curo, κῆδος cura, ſolicitudo, ὀχθέω grauiter fero, ἄχθομαι triſtor, per inuerſionem radicis.

In 1. Coniugat. דָּאַג ſolicitus fuit, cum datiuo vel præpoſitione מִן constructū. At cum accuſatiuo fit tranſitiuum, & exponitur ſolicitè metuit. Septies legitur.
1. Sam. 9. ℣. 5. Ne fortè deſinat pater meꝰ ab aſinabꝰ & ſolicitꝰ ſit de nobis. φροντίσῃ. וְדָאַג
Et cap. 10. ℣. 3. Dimiſit pater tuus curā aſinarꝝ & ſolicitus eſt ꝓ vobis. ἐδαψιλεύσατο. וְדָאַג
Ieſ. 57. ℣. 11. Et quem ſolicitè verita es, aut timuiſti? quandoquidem mentita es. דָּאַגְתְּ
Iere. 38. ℣. 19. Ego vereor Iudæos iſtos qui defecerunt ad Chaldæos. דֹּאֵג
Et cap. 42. ℣. 16. Et fames ob ꝗ vos ſoliciti eſtis illic, adhærebit vobis in Aegypto. דֹּאֲגִים
Pſ. 38. ℣. 19. Quia iniquitatem meam indicabo, ſolicitus ero de peccato meo. אֶדְאַג
Ier. 17. ℣. 8. Et in anno caritatis non ſolicitabitur, & non recedet. יִדְאָג

Inde nomen.

דְּאָגָה Solicitudo, cura anxia, metus adferens mœrorem animi, κῆδος cura.
Prouerb. 12. ℣. 4. à fine. Solicitudo in corde viri deijciet eum. דְּאָגָה
Ezech. 12. ℣. 18. Et aquas tuas in tremore & in ſolicitudine bibes. וּבִדְאָגָה
Et præterea tantum Ier. 49. ℣. 23. Ezech. 4. ℣. 16. cap. 12. ℣. 19. Ioſuæ 22. ℣. 24.
דָּאג Piſcis, de hoc vide radicem דּוּג piſcatus eſt.

דָּאָה Volitauit feſtinanter & continuo motu. Cognationem habet cum אָתָה venit, & דַּיָּה vultur, qui continuo volatu hinc inde ſe confert. Hinc θέω, θεέσκω, θάοσω, feſtino ceu volans, aduolo, ab ὀθέω propero, curro &c. δύω, δῦμι venio. Item ἀετὸς, aquila, ab indefeſſo volatu.

In 1. Coniug. דָּאָה volitauit. Eſt verbum intranſitiuum & quater legitur.
Deut. 28. ℣. 49. Excitabit Iehoua contra te gentem &c, quæ inuolabit vt aquila. יִדְאֶה
Iere. 48. ℣. 39. Quia ſic dicit Iehoua, Ecce ſicut aquila volitabit, & expandet alas &c. יִדְאֶה
Et cap. 49. ℣. 22. Ecce velut aquila aſcendet (hoſtis) & inuolabit & expandet alas. יִדְאֶה
Pſ. 18. ℣. 11. Et vectus eſt ſuper Cherub & volauit, & inuolauit ſuper alis venti. וַיֵּדֶא

Inde nomen.

דָּאָה Vultur ab indefeſſo volatu, Hieronymus vertit miluū. Et legiᵗ tantū ſemel, vt,
Leu. 11. ℣. 14. Vulturem & miluum iuxta ſpeciem ſuam (comedere non debetis.) הַדָּאָה

דֹּבֶא Tepor, tepida ætas hoc eſt, ſenectus, tepiditas, nam in ſenibus calor naturalis intepeſcit, ideoqꝫ accipitur pro decrepita ſenectute, in qua homines ſunt tepidiores & frigidiores. Cognationem habet cum אָרַב & דָּאַב tabuit, Nam in tepida

ætate homines naturaliter tabeſcunt & deſtituuntur tàm calore quàm viribus. Hinc tepeo, tepeſco, intepeſco, tepidus, tepor &c. Legitur tantum ſemel. דָּבְאֶךָ
Cum aff. Deut. 33. ℣. 4. à fine. Et ſicut dies tui fuerunt, ita tepiditas tua, hoc eſt, In ſenectute tua eris tàm firmus, & validus, ſicut in diebus iuuentutis. ἡ ἰσχύς σου.

דָּבַב Exhalauit, fumauit, emiſit ex ore tenues ſpiritus tanquam fumum aſcendentem. Et accipitur de exhalatione vini optimi degulati, quod non ſolum ſopitos ſenſus excitat & recreat, ſed etiam odorem reddit ſuauiſsimum ore exhalantium illud, vnde Cicero: Vini exhalandi non acuendi ingenij cauſa declamitas. Cognationem habet cum נָדַב ſpontaneus & liberalis fuit, fumus.n. ille ſpontè exhalatur, & eſt gratus propter odorem liberalem & gratum. Hinc eſt τύφομαι fumo, τῦφος fumus.

In 1. Coniug. דָּבַב exhalauit, emiſit per halitum aërem fumantem. Semel.

Cant. 7. ℣. 9. Palatum tuum eſt ſicut vinum optimum, vadens ad amicum meum rectà, fumans (ſiue quod exhalatur) labijs dormientium. ἱκανούμενος. דּוֹבֵב

Inde nomina.

דִּבָּה Fumus, fama quæ latè diſpergitur inſtar fumi ſeu venti, item infamia.

Prou. 10. ℣. 18. Operiens odium labijs falſis, & proferens infamiam (æquè) ſtultus eſt. λοιδορίας. דִּבָּה

Cum affix leui. Geneſ. 37. ℣. 2. Et detulit Ioſeph famam eorum malam ad patrem &c. ψόγον πονηρόν. דִּבָּתָם

In reg. Pſ. 31. ℣. 14. & Iere. 20. ℣. 10. Quia audiui infamiam multorum .i. à multis vituperationem. ψόγον. דִּבַּת

Et præterea tantum Num. 13. ℣. 33. cap. 14. ℣. 36. 37. Prou. 25. ℣. 10. Ezech. 36. ℣. 3.

דֹּב Vrſus à fumando dicitur, qui è naribus denſum ſpiritum emittit inſtar fumi. Eſt communis ſeu epicœni generis, nam vtrunqꝫ ſexum comprehendit. וְדֹב

Prou. 28. ℣. 15. Leo fremens & vrſus excurrens eſt princeps impius. καὶ λύκος. הַדֹּב

1. Sam. 17. ℣. 35. Et venit leo cum vrſo, atqꝫ abſtulit illud de grege. καὶ ἡ ἄρκτος. דֻּבִּים

Et plur. 2. Reg. 2. ℣. penult. Et egreſſæ ſunt duæ vrſæ ex ſylua. δύο ἄρκτοι.

Et tantum 1. Sam. 8. ℣. 35. cap. 17. ℣. 38. & 2. Sam. 17. ℣. 8. Ieſ. 11. ℣. 7. cap. 59. ℣. 11. Thre. 3. ℣. 4. Oſeæ 13. ℣. 8. Amos 5. ℣. 19.

דָּבַח Fumauit, emiſit fumum, vaporauit, exhalauit ſicut ſtercus calidum. Cognationem habet cum דָּבַב fumauit, ſed hoc non de rebus ſordidis accipitur. Hinc τύφομαι fumigo, fumo. Verbaliter non legitur.

דִּבְיוֹן Stercus, ſterquilinium vaporans, fimus, excrementum animalium. Legitur ſemel. חֲרִיוֹנִים
2. Reg. 6. ℣. 24. Et 4ta pars Cabi ſtercoris colūbaꝝ quinqꝫ argenteis. κόπρου περιστερῶν. Et iuxta caſtigationem Maſoreth, ponitur ad marginem דִּבְיוֹנִים quod honeſtatis gratia legitur pro חֲרֵי יוֹנִים .i. foria columbaꝝ.

דְּבֵלָה Maſſa ficuū aridaꝝ, maſſa ficuum & caricaꝝ ſiccaꝝ, quæ ſimul compreſſæ vnum efficiunt corpus. Cognationem habet cum בָּלָה inueterauit, ſignificat enim ficus non recentes aut virides, ſed veteres & ſiccas. Hinc per metatheſin literaꝝ παλάθη .i. maſſa ficuum & caricaꝝ. Legitur ter, vt, דְּבֵלָה

1. Sam. 30. ℣. 12. Et dederunt ei fragmentum maſſæ caricaꝝ. Sept. παλάθης.

Et plurale 1. Sam. 25. ℣. 18. Et centum ligaturas vuarum paſſarum, & 200. maſſas ficuum. παλαθῶν. דְּבֵלִים

1. Paral. 12. ℣. vlt. Cibum farrinaceum, & caricas, & vuas torrefactas &c. παλάθας. דְּבֵלִים

דְּבֶלֶת Maſſa ficuum aridaꝝ, παλάθη, Legitur tantum in duobus locis, vt,

In reg. 2. Reg. 20. ℣. 7. & Ieſ. 38. ℣. pen. Tollant maſſam caricarum & contundant (vel conficiant emplaſtrum) ſuper vlcus. παλάθην. דְּבֶלֶת

דָּבַק Hæſit fixus, adhæſit, cohæſit infixus, inhæſit compactus, conglutinatus eſt. Cognationem habet cum בָּדַק reſarciuit rimas vt cohæreant, inſtaurauit vt diuulſa compingantur & aſſuantur. Hinc Euphoniæ gratia per aphæreſin πήγω, πηγνύω, πήγνυμι, pango, compingo, Item figo, affigo, infigo. πηκτὸς concretus, compactus, πηκτὴ compago. Et Germani dicunt ein pact.

In 1. Coniugatione דָּבַק & דָּבֵק adhæſit, inhæſit, cohæſit. Conſtruitur plerunq; cum præpoſitionibus אַחֲרֵי עִם ב לְ אֶל. Cum accuſatiuo fit tranſitiuum.

Thren.4.℣.4. Adhæſit lingua lactentis palato eius præ ſiti. ἐκολλήθη ἡ γλῶσα. דָּבַק

2.Reg.3.℣.3. Veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nebat &c. hæſit. ἐκολλήθη. דָּבֵק

Deutero. 4. ℣. 4. Et vos qui hærebatis in Iehoua Deo veſtro, viui permanſiſtis. προσκείμενοι. (προσκολλᾶσθαι αὐτῷ. הַדְּבֵקִים

Et cap. 11. ℣. 22. Ad ambulandum in omnibus vijs eius & ad hærendum in eo. ϗ וּלְדָבְקָה

Pſ.137.℣.6. Adhæreat lingua mea palato meo, ſi non meminero tui. κολληθείη. תִּדְבַּק

2.Reg.18.℣.6. Et hæſit in Domino, nec receſsit (ſeu deflexit) ab eo. ἐκολλήθη. וַיִּדְבַּק

Ruth 2.℣.8. Non præteribis hinc, quin potius hîc hæreas cũ puellis meis. κολλήθητι. תִּדְבָּקִין

Geneſ. 19. ℣. 18. Non potero eripi in monte, ne inhæreat mihi (id eſt, vt apprehendat me) malum. καταλάβῃ με. תִּדְבָּקַנִי

In 2. Cnoiug. paſsiua הִדָּבֵק compactus eſt, conglutinatus eſt. Bis extat, vt,

Iob 38.℣.4. à fine. Et glebæ velut conglutinatæ cohærent. κεκόλληκα δὲ αὐτὸν. יְדֻבָּקוּ

Et cap. 41. ℣. 8. Inuicem ſibi compingentur (ſquamæ) & ſe mutuo excipient. προσκολληθήσεται. יְדֻבָּקוּ

In 3. Coniugatione הִדְבִּיק fecit hærere, adglutinauit, affixit.

Ieremiæ 13. ℣. 11. Nam ſicut hæret cingulum ad lumbos viri, ſic adglutinaui mihi. κολλᾶται, ἐκόλλησα. הִדְבַּקְתִּי

Pſ.22.℣.15. Et lingua mea facta eſt adhærere faucibus meis. κεκόλληται. מֻדְבָּק

Ezech.3.℣.pen. Et linguam tuam adhærere faciam ad palatum tuum. συνδήσω. אַדְבִּיק

Deut.28.℣.21. Et faciet adhærere tibi Deus peſtem, donec conſumat te. προσκολλήσαι. יַדְבֵּק

Gen.31. ℣. 22. Et fecit adhærere (.i. apprehẽdit eũ) in monte Gilead. κατέλαβεν αὐτὸν. וַיַּדְבֵּק

1.Sam.14.℣.22. Et adhæſerunt etiam ipſi poſt eos in bello .i. inſectati ſunt eos. וַיַּדְבִּקוּ

Et cap. 31.℣.2. Et apprehenderunt Philiſtæi Saulem & filios eius. ϗ συνάπτουσιν. וַיַּדְבְּקוּ

Et ſic tantum Iud.18.℣.22. cap.20.℣.42. & 45. 2.Sam.1.℣.6. 1.Par.10.℣.2 Eze.29.℣.4.

Inde nomen.

דֶּבֶק Adhæſio, cohærẽtia, glutinũ, iunctura, & legit̃ tantũ in trib9 locis. πακτὴ cõpago.

Ieſ.41.℣.7. Dicens de glutino, bonum eſt, & firmauit illud ſimulachrum. σύμβλημα. לַדֶּבֶק

Et plur. 1.Reg.22.℣.34. & 2.Par.18.℣.33. Et percuſsit regem inter iuncturas. ἀναμέσον τοῦ πνεύμονος. הַדְּבָקִים

דִּבֵּר Loquutus eſt, verbis reddidit ſententiam & voluntatem animi ſui, vertit ſermonem ad omnẽ tropum orationis conſuetæ, in ſumma ſignificat rem animo conceptam prolixius enarrare omni tropo & genere loquutionis, vt ab audientibus rectè intelligatur, ideoq; ſæpe vtendum eſt figuris & verbis ad noſtram conſuetudinem aptis. Cognationem habet cum דָּבַר ornauit, ſtrauit floſculis ſeu tapetijs ad decorem ſeruientibus, ſic enim loquutio vel oratio noſtra debet eſſe referta figuris ad maiorem rei intellectum. Hinc per metatheſin eſt τρέπω verto, τρόπος, id eſt, modus, ratio, mos, conſuetudo, forma, τροπολογία, & per aliam metatheſin, verto, ſic & Germanicum wort.

In 1. Coniugatione דָּבַר loquutus eſt, vertit ſermonem. Sed extant tantum participia & infinit: & quinquies legitur.

Pſ.15.℣.2. Et loquens veritatẽ in corde ſuo. Exo.6.℣.vlt. Ego loquor ad te. Num.32.℣.27. Sicut Dominus meus loquitur. וְדֹבֵר

Pſalm. 109. ℣. 20. Et loquentium (id eſt, vertentium) malum contra animam meam. Numer.36.℣.6. Sic filij Ioſeph loquuntur. (quuntur. וְהַדֹּבְרִים

Pſ.31.℣.19. Loquentia contra iuſtũ veteratoriè. Num. 27. ℣.7. Filiæ Selophhad lo- הַדֹּבְרוֹת

Prouerb.25.℣.11. Vt poma aurea in vaſis cœlatis argenteis, ita verbum prolatũ &c. דָּבֻר

Pſalm. 51. ℣. 6. Vt ſis iuſtus in loqui te .i. cum tu loqueris. בְּדָבְרֶךָ

Et ſic tantum Geneſ.16.℣.13. Pſalm. 5. ℣. 7.

In voce paſsiua נִדְבַּר conuerſus eſt ſermone contra aliquem.

Mal.3.℣.13. Et dixiſtis: qd (ſeu qnomodo) cõuerſi ſumus contra te. κατελαλήσαμεν. נִדְבַּרְנוּ

Ibid.℣.16. Tunc verſi ſunt (ſermone) timentes Dei ad proximũ ſuũ. κατελάλησαν. נִדְבְּרוּ

Pſ.119. Gimel. Etenim ſederunt principes, in me cõuerſi ſũt (ſermone) κατελάλουν. נִדְבָּרוּ

Ezech. 33.℣.30. Et tu fili hominis (audi) filij populi tui vertuntur contra te. נִדְבָּרִים

In 2. Coniugatione דִּבֵּר & דִּבֶּר loquutus eſt, vertit ſermonem. Vſurpatur abſolutè, aut cum præpoſitionibus אֶל ל עַל ב עִם & אֶת. At cum accuſatiuo perſonæ ſignificat euertere, ſubuertere, niſi ſequatur, dicens.

Ieſa. 1. ℣. 2. Audite cœli, & auſculta tellus, quia Iehoua loquutus eſt. ἐλάλησεν. דִּבֵּר
Pſ. 50. ℣. 1. Iehoua loquutus eſt, & vocauit terram ab ortu ſolis &c. ἐλάλησε. דִּבֶּר
Gen. 27. ℣. 6. Ecce audiui patrem tuum loquentem ad Eſau fratrem tuũ. λαλοῦντος. מְדַבֵּר
Pſalm. 87. ℣. 3. Præclara dicuntur in te &c. Nomen plurale cum verbo ſingulari ponitur. ἐλαλήθη. מְדֻבָּר
Exod. 4. ℣. 13. Noui quod loquendo loquetur ipſe .i. eloquens eſt. λαλῶν λαλήσει. דַּבֵּר
Et cap. 14. ℣. 1. Et loquutus eſt Iehoua ad Moſẽ dicẽs: Loquere ad filios &c. λάλησον. דַּבֵּר
Ier. 5. ℣. 5. Ibo ad maiores, & alloquar eos, quia ipſi nouerunt viam. καὶ λαλήσω αὐτοῖς. אֲדַבְּרָה
Gen. 34. ℣. 3. Et dilexit puellã & loquutus eſt ſuper (vel ad) cor puellæ. καὶ ἐλάλησε. וַיְדַבֵּר
Numer. 26. ℣. 3. Et alloquutus eſt Moſe, & Eleazar ſacerdos eos. καὶ ἐλάλησε. וַיְדַבֵּר
2. Parar. 22. ℣. antep. Et Athalia &c. ſurrexit, & euertit omne ſemen regium domus Iehuda, pro hoc ſcribitur וַתְּאַבֵּר & perdidit 2. Reg. 11. ℣. 1. καὶ ἀπώλεσε. וַתְּדַבֵּר

In voce paſsiua דֻּבַּר factus eſt ſermo de elocatione puellæ. Legiť tantũ ſemel.

Canticorum 8. ℣. 8. Quid faciemus ſorori noſtræ in die illa, quando verbum fiet de ea elocanda. דֻּבַּר

In 3. Coniug. הִדְבִּיר ſubuertit, ſubegit. Bis legitur, & conſtruitur cum תַּחַת

Pſ. 18. ℣. 48. Deus dat vindictas mihi, & ſubuertit populos ſub me. καὶ ὑποτάξας. וַיַּדְבֵּר
Et Pſ. 47. ℣. 4. Subuertet populos ſub nobis & familias ſub pedibus noſtris. ὑπέταξε. יַדְבֵּר

In 4 Coniug. הִדַּבֵּר fecit ſe vertere ſermonem, locutus eſt. Bis habetur.

Num. 7. ℣. vlt. Et audiuit vocem loquentis ad eum è propiciatorio. λαλοῦντος. מִדַּבֵּר
2. Sam. 14. ℣. 13. Et cur cogitaſti ſic cõtra populũ Dei, & facit ſe vertere rex ℣bũ hoc וּמִדַּבֵּר

Inde nomina.

דָּבָר Verbum, quod ad aliquẽ vertiť recitando, & ſæpe accipitur pro re quæ verbis recitatur, vnde latinis exponitur per negocium, ſiue indefinitè per aliquid, quod verbis explicatur. Hinc wort. דָּבָר

Gen. 18. ℣. 14. Num impoſsibile (ſeu difficile) erit Deo verbum? דָּבָר
Et cap. 44. ℣. 18. Mi Domine, loquatur ſeruus tuus verbum in aures Dñi mei. הַדָּבָר
Exo. 18. ℣. pen. At rem (vel cauſam) difficilem deferent ad Moſen. דְּבָרֶךָ
Cum affi. leui. Pſ. 119. in Nun. Lucerna pedibus meis eſt verbum tuum. דְּבָרִי
Ieſa. 55. ℣. 11. Sic erit verbum meum quod exibit de ore meo &c. וּדְבַר
In reg. Ieſ. 40. ℣. 8. At verbum Dei noſtri manet in æternum. עַל־דְּבַר
Pſ. 79. ℣. 9. Adiuua nos Deus ſalutis noſtræ ſuper rem gloriæ tuæ .i. ꝓpter gloriam. דְּבַר
Exo. 5. ℣. 13. Perficite opera veſtra rem diei in diem .i. penſum diurnum. דְּבַר
2. Par. 9. ℣. 24. Et ipſi afferebant &c. rem anni .i. demenſum anni. הַדְּבָרִים
Et plur. Gen. 15. ℣. 1. Poſt verba illa (ſeu res illas) factum eſt verbum Domini. דְּבָרָיו
Cum affi. leui. Pſ. 55. ℣. antep. Verba eius oleo magis lenia ſunt .i. blandiora oleo. דִּבְרֵיכֶם
Cum affi. graui. Mal. 1. ℣. 13. Inualuerunt contra me verba veſtra dicit Dominus. דִּבְרֵי
In reg. Ier. 1. ℣. 1. Verba Ieremiæ filij Hilkijahu de ſacerdotibus &c.

דִּבְרָה Verbum, eloquium. Et cum עַל eſt, tropus, mos, conſuetudo, Quater legiť, vt, דִּבְרָתִי

Cum affix. Iob 5. ℣. 8. Et de Deo (vel diuinis) ponam eloquium meum. עַל־דִּבְרַת
Cum affix. Eccle. 3. ℣. 18. Dixi ego in corde meo ſuper cauſa filiorum hominum. עַל־דִּבְרָתִי
Cap. 8. ℣. 2. Os regis obſerua, & ſuper eloquium iuramenti Dei. περὶ λόγου ὅρκου.
Pſ. 110. ℣. 4. Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ conſuetudinẽ Melchizedech ꝑ דִּבְרַת κατὰ τὴν τάξιν. עַל־דִּבְרָתִי

דַּבְּרוֹת Verba, eloquia. Legitur tantum ſemel in plurali numero, vt, מִדַּבְּרֹתֶיךָ

Cum aff. Deu. 33. ℣. 3. Leuabit (.i. ſumet vnuſquiſq;) ex ℣bis tuis. ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ.

דְּבִיר Adytum, locus ſecretior templi ad quem nulli eſt aditus niſi ſacerdotibus, pars interior templi vbi erat arca fœderis, & vnde Deus loquebať cum pontifice. Hieronymus vertit oraculum. Hinc poteſt eſſe orbita. וְלַדְּבִיר

1. Reg. 6. ℣. 5. Tàm ipſi templo, quàm ipſi adyto, & fecit latera circumquaq;. לִדְבִיר
Et ℣. 16. Interius ipſi adyto ad ſanctum ſanctorum (vel ipſi oraculo) ἐκ τοῦ δαβείρ. דְּבִיר
In reg. Pſ. 28. ℣. 2. Cum leuauero manus meas ad adytum ſanctuarij tui. πρὸς ναόν.

Et ſic 1.Reg.6.in multis verſib9 et ca.8.℣.6.8.itẽ 2.Par.3.℣.17.ca.4.℣.20.cap.5.℣.6.8.
דֹּבֶר Tropus alicuius rei, modus rei, item ſeptum ordine extructum. Bis legitur.
Cum affixis.Ieſ.5.℣.17.Et paſcentur agni iuxta morem(vel ordinem)ſuum. כְּדָבְרָם
Mich.2.℣.pen.Ponam &c. ſicut gregem in tropo(.i. ſepto ſuo)ἐν μέσῳ κοίτης. הַדָּבְרוֹ
דֹּבְרוֹת Rates .i. ligna ſeu arbores in ordinem & ſeriem colligata, vt ſuper aquis duci & vehi poſsint.Pro hoc ſcribitur in libris Par. רַפְסֹדוֹת Rapſodes. Semel reperitur.
1.Reg.5.℣.9.Et ego componam ea(ligna)rates in mari .i. pro ratibus vtar illis. דֹּבְרוֹת
דְּבוֹרָה Apis, ab ordine operarum, vel à leui murmure inſtar ſoni verborum. Generis fœminini. Quater extat.
Ieſ.7.℣.18. In die illo ſibilabit Iehoua &c.& api quæ eſt in terra Aſſur. μελίσσῃ. וְלַדְּבוֹרָה
Et plu.Pſ.118.℣.12.Circũdederũt me ſicut apes,extincti ſunt ſicut ignis &c.μέλισσαι כַּדְּבֹרִים
Et ſic tantum Deut. 1. ℣. 44. & Iudic. 14.℣. 8.
דֶּבֶר Peſtis,quæ ſuo tropo euertit homines,peſtilentialis morbus. Sæpe extat.
Pſ.91.℣.6.A peſte quæ in caligine obãbulat, ab exterminio vaſtãte &c. πράγματος. מִדֶּבֶר
Et plur.cum affi.Oſe.13.℣.14.Ero peſtes tuæ ô mors,ero terminium &c. דְּבָרֶיךָ
In reg.Num.1.℣.1. Et loquutus eſt Dñs ad Moſen in deſerto Sinai. ἐν τῇ ἐρήμῳ. בְּמִדְבַּר
מִדְבָּר Deſertum,vbi omnia ſunt ſubuerſa & culturæ incommoda, & ſemel ꝓ verbo.
Deut.8.℣.15.Qui eduxit te per deſertum magnum & terribile &c. διὰ τῆς ἐρήμου. בַּמִּדְבָּר
Cum He locali.Exo.4.℣.27. Vade in occurſum Moſe in deſertum. הַמִּדְבָּרָה
Cum affix. Ieſa. 51. ℣. 3. Et poſuit deſertũ eius velut Eden(aut paradiſum) τὰ ἔρημα. מִדְבָּרָהּ
In reg.Num.1.℣.1.Et loquutus eſt Iehoua ad Moſen in deſerto Sinai.ἐν τῇ ἐρήμῳ. בְּמִדְבַּר
Pro verbo.Cant.4.℣.3.Et verbum(ſeu eloquium)tuum eſt gratioſum.ἡ λαλιά σου. וּמִדְבָּרֵךְ
Et ſic Geneſ. 14. ℣. 6. cap. 16. ℣. 7. Exod. 3. ℣. 1.18. cap. 8. ℣. 27. 28. cap. 16. ℣. 1.2. 3.10, 14. Numer. 1.℣. 1. 19. Pſalm. 29. ℣. 8. Ieremiæ 2. ℣. 26. 23. 30. &c.

דְּבַשׁ

Mel, & metaphoricè pro omni dape dulci, pro cibo ſapido & dapſili. Cognationem habet cum טָפַשׁ adipoſus fuit. Hinc daps dapis, δαψιλής dapſilis, largus, δαψίλεια largitas, liberalitas, Nam dapes ſunt magnifici & opipari apparatus melle conditi ſeu dulcorati.
Iud.14.℣.antep.Quid dulcius eſt melle,& quid fortius leone? τί γλυκύτερον μέλιτος. מִדְּבַשׁ
Pſalm. 81. ℣. vltim. Et cibauit eum adipe frumenti, & de petra mellis ſaturabo te. ἐκ στέατος πυροῦ. דְּבַשׁ
Pro.24.℣.13.Comede fili mi mel quia bonum (eſt)& fauum dulce palato tuo. μέλι. דְּבַשׁ
In reg.Prouer.25.℣.pen.Comedere mel multitudinis non eſt bonum. μέλι. דְּבַשׁ
In pauſa. Exod.3.℣.8.17.cap.13.℣.5.Deut.6.℣.3.cap.11.℣.9. Ad terram fluentem lacte & melle .i. abundantem dapibus. καὶ μέλι. וּדְבָשׁ
Cum affi.Cant.5.℣.1.Comedi fauum meum cum melle meo.μετὰ μέλιτός μου. דִּבְשִׁי
דַּבֶּשֶׁת Tuber camelorum, quod propter onera impoſita colliſum ſanatur melle adhibito. Hieron. vertit gibbum. Inuenitur tantum ſemel.
In reg.Ieſ.30.℣.6.Et ſuꝑ tubere(vel gibbo)cameloꝝ theſauros eoꝝ.ἐπὶ ὄνων καμήλων דַּבֶּשֶׁת

דָּגָה

Fœcundus fuit in propagatione liberorum,inſtar piſcium propagauit copiam prolis,prolificauit, auctus eſt multitudine, & propriè dicitur de piſcibus, quorum fœcunditas nota eſt. Cognationem habet cum דּוּג & דִּיג piſcatus eſt, & cum דָּגָן frumentum, quod ſeminatum valdè augetur, ita vt aliud trigecuplum, aliud centuplum afferat fructum. Hinc τέχω pario, τίκτω, τεκνόω, id eſt, gigno in magna copia, τεκνοῦμαι, fero vterum, pario, τέκος & τέκνον filius aut filia,fœtus. Et per inuerſionem radicis ἰχθὺς piſcis, ἰχθύδιον piſciculus, ἰχθυάω & ἰχθυάομαι piſcor, piſces capio. Hinc per inuerſionem **ein hecht**.
In 1.Coniug.דָּגָה auctus eſt ꝓpagatione liberoꝝ inſtar piſciũ. Semel habet.
Geneſ. 48. ℣. 16. Et augeſcent (vel propagabuntur) in immenſum in medio terræ. πληθυνθείησαν. וְיִדְגּוּ

Inde nomina.

דָּג Piſcis à fœcunditate & propagatione numeroſa, à copia ſeminis. Hinc per inuerſionem literarum κῆτος cetus & cete, nomen piſcis marini & maximi, **ein hecht**.

Ionæ 1.℣.vlt.Et deputauerat Iehoua piſcem magnum.Sept.κῆτος verterunt. דָּג
Et plural. 1. Reg. 4. ℣. antepenult. Et loquutus eſt de iumentis &c. & de piſcibus. הַדָּגִים
περὶ τῶν ἰχθύων.
In reg.Pſ.8.℣.pen.Volucres cœli & piſces maris,qui perambulant &c.καὶ τοὺς ἰχθύας וּדְגֵי

דָּגָה Piſcis,& ſæpè collectiuè accipitur pro omni genere piſcium.
Nū.11.℣.5.Recordabamur piſciū quos comedebamus in Aegypto.Sept.τοὺς ἰχθύας. הַדָּגָה
Ionæ 2.℣.1.Et orauit Iona ad Iehoua Deū ſuū de viſceribus piſcis illius.τοῦ κήτους. הַדָּגָה
Cum aff.Ezech.47.℣.10.Ad ſpeciē ſuā inerit piſcis eoꝝ ſicut piſcis maris.ὡς ἰχθύες. דְּגָתָם
In reg.Gen.1.℣.4.à ſine.Et dominamini in piſcem(vel piſces)maris.τῶν ἰχθύων. בִּדְגַת
Item Exod. 7. ℣. 20. 23. Numer. 11. ℣. 5. Deuter. 4. ℣. 18. Pſalm. 105. ℣. 29. Eſa. 50. ℣. 2. Ezech. 29. ℣. 4. 5. Cap. 38. ℣. 29. Cap. 47. ℣. 9. &c.

דָּגַל Vexillum erexit, erexit ſignum victoriæ & triumphi. Cognationem habet cum גָּדַל magnus fuit, & cum דָּלַג tranſilijt, Nam vexillum eſt ſignum magnum militare, quod agitatum hinc inde tranſilire ſolet. Hinc poteſt eſſe diligo, nam milites diligunt vexillum ſuum.

In 1.Coniug.דָּגַל vexillum erexit,inſtruxit copias vexilli. Bis legitur.
Pſalm.20.℣.6.Ouabimus in ſalute tua, & in nomine Dei noſtri erigemus vexillum. μεγαλυνθησώμεθα. נִדְגֹּל
Cantic.5.℣.10. Amicus meus eſt candidus & ruber, vexillatus præ decem millibus,id eſt, ſub vexillo ſuo habet plures quàm decem millia militum. Hieronymus electus,id eſt, dilectus præ millibus. ἐκλελογισμένος. דָּגוּל

In voce paſsiua נִדְגַּל inſtructum eſt vexillum, inſtructa eſt copia militum.
Cant.6.℣.4.& 9.Crudelis(ſeu formidabilis) ſicut vexillationes, .i. veluti copiæ ſeu acies inſtructæ ſub vexillis. ὡς τεταγμέναι. כַּנִּדְגָּלוֹת

Inde nomen.

דֶּגֶל Vexillum,ſignum militare magnum,cuius vſus eſt in bello. דֶּגֶל
In reg.Num.2.℣.3.Vexillum caſtroꝝ Iehuda per exercitus ſuos. τάγμα. דֶּגֶל
Cum af.ibid.℣.2.Vnuſquiſq; ſecundū vexillū ſuū, in ſignis domus patrū.κατὰ τάγμα. דִּגְלוֹ
Et plur.cum af.ibid.℣.17.ſic etiam proficiſcant̃ ſinguli &c.ſub vexillis ſuis.τάγματα. לְדִגְלֵיהֶם
Præterea tantum Numer.1.℣.52. Cap.2.℣.2 3.10.18.25.31.34. Cap.10.℣.14.18.22.28. Canticorum 2.℣.4.

דָּגָן Frumentum. Eſt generale nomen comprehendens omnes fruges quæ tribulis excutiuntur. Cognationem habet cum דָּגָה fœcundus fuit, nam frumentum ſeminatum cum magna copia & fœcunditate redit ad nos.
Ier.31.℣.11.Et venient,& ouabunt &c.ſuper frumento & muſto &c. σίτου. דָּגָן
Cum aff.leui.Pſ.4.℣.pen.Præ tempore frumenti eoꝝ & muſti eoꝝ &c. σίτου. דְּגָנָם
In reg.Pſ.78.℣.24.Et frumentum cœli(i.è cœlo deſcendens)dedit illis.καὶ ἄρτον. וּדְגַן

דָּגוֹן Dagon nomen idoli, dea frugum & vbertatis annonæ, quam poetæ Cererem vocant. Quidam contendunt eſſe idolum quod ab vmbilico & infra piſcis, ſupra verò hominis figuram habuit,& ſic radix eſſet דָּגָה ſuccreuit ſubitò &c.
Iud.16.℣.24.Ad ſacrificandum ſacrificium magnum ipſi Dagon Deo.δαγών. לְדָגוֹן
1.Sam.5.℣.2.Et introduxerunt eam (arcam) in domum Dagon. הַדָּגוֹן

דָּגַר Incubuit ouis,ſeu pullis collectis ſub alis,fouit oua, propriè eſt auium incubantium.Cognationē habet cum גָּדַר ſepiuit, nā incubantes ouis obſepiunt & circundant pennis tegendo oua ne frigore lædantur. Hinc ἀγυρτάζω, ἀγυρτίζω colligo.

In 1.Coniug.דָּגַר incubuit ouis,fouit oua.Bis legitur & intranſitiuè.
Ierem. 17. ℣. 10. Cuculus incubuit (ouis) ſed non peperit, ita eſt parans opes abſq; iudicio. πέρδιξ. דָּגַר
Ieſa. 34. ℣. 15. Ibi nidulabitur Cypſelus, edet oua & excludet, & colliget (pullos) ſub vmbra eius. ἐνόσσευσεν. וְדָגְרָה

דּוּדָא Mandragora herba quæ fert poma auellanarum nucum magnitudine,coloris ochræ, & vitellis ouoꝝ ſimilia, radixq; huius herbæ refert imaginem hominis, in precio autem fuerunt poma mandragoræ,quod ſua pulchritudine oculos paſcant,

& odore nares plurimum oblectent & ſomnum concilient, & ſine dubio aliud fuit genus in terra Chanaan, quam nunc apud nos eſt. Cognationem habet cum דָּדַד mamillas habuit, nam radix huius herbæ habet mamillas inſtar hominum. Legitur tantum pluraliter & ſaltem in 5. locis.

Cant. 7. ℣. vlt. Mandragoræ dederunt odorem, & pro foribus noſtris &c. הַדּוּדָאִים
Gen. 30. ℣. 14. Et egreſſus eſt Ruben &c. & inuenit mandragoras in agro. דּוּדָאִים
In reg. in eodem verſu. Da mihi quæſo de mandragoris filij tui. מִדּוּדָאֵי
Et ℣. 15. Accipis virꝫ meum, inſuper & accipies mandragoras filij mei. דּוּדָאֵי
Et ℣. 16. Conduxi te mandragoris filij mei &c. דּוּדָאֵי

דַּדַּיִם Mammæ fœminarum, mamillæ, vbera, Radix inuſitata eſt דָּדַד: Cognationem habet cum דּוֹד amicus, dilectus, nam infantibus gratioſæ ſunt mamillæ matrum, & diligunt eas, cum inde habeant ſuum nutrimentum. Hinc τιτθός, τιτθίον mamilla, τιθοί mammæ, τιθηνέω mammis nutrio, τιθεύω lacto, nutrio, τιθὴ nutrix, τιτθὴ, τιτθὶ idem, τιτθὸς infans, vel ſugens mamillas. Et Germanicum Dutte/ Dütilein.

Legitur dualiter fœminis tributum, & quater inuenitur tantum, vt,

Cum aff. Prou. 5. ℣. 19. Mamillæ eius rigabunt te omni tempore. דַּדֶּיהָ
Ezech. 23. ℣. 21. Cum illi qui ex Aegypto ſunt palpent mamillas tuas. דַּדַּיִךְ
In regimine ibidem ℣. 3. Ibi contuſa ſunt vbera earum, & ibidem palpauerunt mamillas iuuentutis earum. דַּדֵּי
Et ℣. 8. Et ipſi compreſſerunt mamillas virginitatis eius. דַּדֵּי

דָּדָה Frequentauit, frequenter proceſsit in ordine quodam, progreſſus eſt lento pede, frequentauit incedendo. Cognationem habet cum נָדַד dimotus eſt, nam qui progreditur ſeu procedit, dimouetur de loco ad locum. Hinc ὁδεύω iter facio, ὁδεύομαι incedo, ὁδὸς via, ὁδεία profectio.

In 4. Coniug. הִתְדַּדָּה fecit ſe frequentare, Bis legitur, ſemel cum accuſatiuo affixo.
Ieſ. 38. ℣. 15. Faciam me frequentare omnibus annis meis propter amaritudinem. אֶדַּדֶּה
Pſ. 42. ℣. 5. Faciam eos frequentare ad domum Dei, in voce ouationis &c. אֶדַּדֵּם

דֹּדָנִים Eſt filius Iauan filij Iapeti, à quo terra quam ipſe incoluit denominata eſt.
Gen. 10. ℣. 4. Et filij Iauan ſunt, Eliſa, Tharſis, Cithim & Dodanim. וְדֹדָנִים

דְּדָן Eſt filius Iokſan filij Abrahæ ex Ketura, vnde regio quam ipſe detinuit nomen accepit, ſimulq́ꝫ familia ab eo deſcendens, vt,
Geneſ. 25. ℣. 3. Iokſan autem genuit Seba, & Dedan. דְּדָן
Ier. 49. ℣. 8. Reuerſi & demerſi ſunt &c. habitatores Dedan. דְּדָן
Ieſai. 21. ℣. 13 In ſylua veſperi pernoctabitis in vijs Dedanim. דְּדָנִים
Ezech. 27. ℣. 14. Filij Dedan fuerunt negociatores tui. דְּדָן

דְּהַב Aurꝫ tributarium, eſt vox Chaldaica pro Ebræa זָהָב aurꝫ, & cognationem habet cum דָּאַב & דּוּב tabuit, Nam tributum, quod ſi ſupra modum exigitur, facit homines contabeſcere, præ mœrore. Radix eſt inuſitata.

מַדְהֵבָה Aurꝫ tributarium quod ſupra modum exigitur, Legitur tantum ſemel.
Ieſ. 14. ℣. 4. Quomodo ceſſauit exactor, ceſſauit aurꝫ tributarium? ἐπισπουδαστής. מַדְהֵבָה
Prophetæ hoc loco placuit imitari vocem Babyloniorꝫ in exactione tributi.

דָּהַם Attonitus eſt cum timore, ſtupefactus eſt, perculſus eſt timore vt planè obmuteſcat. Cognationem habet cum דָּמָה domitus eſt, & דָּמַם acquieuit domitus. Hinc δειμαίνω & latinum timeo, δεῖμα, δεῖμος timor, δειματόω terreo, timorem incutio, & per inuerſionem metuo, item metus.

In 1. Coniug. paſsiua נִדְהַם timore perculſus eſt. Semel legitur.
Ier. 14. ℣. 9. Quare eris ſicut vir attonitus .i. timore perculſus? נִדְהָם

דָּהַר Terruit cum fragore & impetuoſa calcatione, protriuit cū terrore. Cognationē habet cū דָּרָא dirus fuit, immaniter tractauit. Hinc ταράττω, ταράσσω turbo, & latinum terreo, terribilis, terror &c. Item θορέω, θόρω & θουρέω exilio cum impetu, θούριος bellicoſus, θοῦρος impetuoſus, exiliens &c.

In *1*.Coniug. דָּהַר terruit inceſſu & graſſatione dira. Semel habetur.

Nahum *3*.℣.*2*. Vox ſtrepitus rotæ, & equus calcitrans (ſeu proterens pedibus.) ἀναβαίνοντος. דֹּהֵר

Inde nomina.

דַּהֲרָה Terror qui incutitur ex protritione & ſonitu inceſsionis vehementis. Bis legit. vt

Plura. Iudic.*5*.℣.*22*. Tunc concuſſæ ſunt vngulæ equi, à terroribus, (vel ſtrepitibus) מִדַּהֲרוֹת

terroribus ſcilicet fortium eius .i. propter crebras concurſiones. דַּהֲרוֹת

תִּדְהָר Vlmus à fragore quem ventorum agitatione edit. R. D. Kimhi dicit eſſe Cedri ſpeciem. Serapion cap.*105*. vocat Arabicè Didar. Legitur bis in Biblijs ſacris, vt,

Ieſ.*41*.℣.*19*. Ponam in campeſtri fraxinum, vlmum & buxum pariter. תִּדְהָר

Et cap.*60*.℣.*13*. Gloria Libani ad te veniet, fraxinus, vlmus & buxus pariter. ἐ πτέλη. תִּדְהָר

דוב Contabuit, extabuit, idem quod דָּאַב & אָרַב. Hinc latini tabeo, tabeſco cum compoſitis, & Gręci per metatheſin literarum φθίω, φθίνω deficio, corrumpo, φθίσις phthiſis, tabes.

In *3*.Coniug. הֵדִיב fecit tabeſcere. Legitur tantum ſemel in Biblijs ſacris, vt,

Leu.*26*.℣.*16*. Quæ conſumunt oculos & faciunt tabeſcere animam. ἐκτήκουσαι. וּמְדִיבוֹת

דּוֹב Vrſus, de hoc vide radicem דָּבַב fumauit, exhalauit &c.

דוג Piſcatus eſt, idem quod דִּיג. Et cognationem habet cum דָּגָה propagauit, fœcundus fuit in gignendo, nam piſces magnæ ſunt fœcunditatis, atque ſupra omnem modum augentur. Hinc per metatheſin literarum ἰχθυάω, ἰχθυάομαι piſcor, ἰχθύς piſcis. Verbaliter non legitur hæc radix. Item Tagus, fluuius Luſitaniæ & fortè à piſcium multitudine, & τέγγω humecto.

דּוּגָה Piſcatio, vel multitudo piſcium. Semel tantum reperitur in Biblijs ſacris, vt,

Amos *4*.℣.*2*. Et reliquias veſtras (auferet) ollis (vel ſpinis) piſcationis. εἰς λέβητας. דּוּגָה

דַּוָּג Piſcator qui capit piſces, pro דַּיָּג. Bis legitur in ſacris Biblijs, vt,

Ezech.*47*.℣.*10*. Erit olim etiam, vt ſtent iuxta illud piſcatores ab Engeddi, &c. דַּוָּגִים

Ier.*16*.℣.*16*. Ecce ego mitto ad piſcatores multos dicit Dominus &c. Secundum caſtigationem Maſoret legitur דַּיָּגִים ἁλιεῖς. דַּוָּגִים

דָּאג Piſcis, Aleph inſeritur protractionis gratia, & Vau facilè mutatur in א; vt habet. דָּאג

Nehem.*13*.℣.*16*. Et Tirij ſederunt in ea afferentes piſcem & omnes merces.

דוד Amicus, dilectus, patruus, patruelis, auunculus, frater patris, aut filius fratris patris Leu.*25*. ab amoris affectu in ſuos conſanguineos, item abſtractè pro amicitia. Cognationem habet cum יָדִיד dilectus. Hinc τηθή auia, matertera, τηθίς amita, τηθηνός amabilis, Dido, id eſt, dilecta, & germanicum ein Dod / Hinc pueri patrem vocant Tatam dätty.

Can.*5*.℣.*9*. Quid dilectus tuus eſt (præſtantior) amico alio. ἀπὸ ἀδελφιδοῦ. מִדּוֹד

In reg.*1*.Sam.*10*.℣.*15*. Et dixit patruus Saul ad eum, & ad puerum eius. ὁ οἰκεῖος. דּוֹד

Cum affix. Leu.*25*.℣.*7*. à fine. Aut patruus eius, aut filius patrui eius redimet eum. ἀδελφὸς πατρὸς αὐτοῦ, דֹּדוֹ

Cant.*6*.℣.*3*. Ego dilecti mei ſum, & dilectus meus eſt mihi (proprius) ἐγὼ ἀδελφιδῷ μου. לְדוֹדִי וְדוֹדִי

Et plur. Cant.*5*.℣.*1*. Edite ſodales, bibite, inebriamini ô amici. ἀδελφοί. דּוֹדִים

Prou.*7*.℣.*18*. Ades, inebriemur amoribus in mane vſque, & exultabimus &c. דֹּדִים

Cum aff. Can.*4*.℣.*10*. Quàm pulchræ ſunt amicitiæ tuæ, ſoror mea. דּוֹדַיִךְ

Cant.*1*.℣.*2*. Quia meliores ſunt amicitiæ tuæ vino. μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον. דֹּדֶיךָ

דּוֹדָה Amica, cognata, amita, patris mei ſoror. Hinc τηθίς amita, τηθή auia, vel matertera, τηθία auia, τηθηνός amabilis. Legitur cum affixis, & ter inuenitur, vt, (πατρὸς αὐτοῦ.

Exo.*6*.℣.*20*. Et accepit Amrā ſibi vxorē Iochebed cognatā ſuā. θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ דֹּדָתוֹ

Leuit.*18*.℣.*14*. Ad vxorem eius non accedes, amita tua eſt. συγγενής. דֹּדָתְךָ

Leu.*20*.℣.*20*. Et ſi quis concubuerit cum vxore patrui ſui &c. דֹּדָתוֹ

דָּוִד Dauid, q.d. amabilis vel amicus, dilectus &c. & aliquando addit י vt in lib. Paral.

1.Sam.*17*.℣.*12*. At Dauid filius viri cuiuſdam Ephratæ de Bethlehem. דָּוִד

1.Paral.*11*.℣.*1*. Et congregati ſunt omnes Iſraelitæ ad Dauid in Hebron. דָּוִיד

Ahenum,

דּוּד Ahenum, item caniſtrum ad formam aheni confectum, ſporta.
1.Sam.2.℣.14.Et incutiebat in lebetem, aut in ahenum, aut Caldarium. בַּדּוּד
Ier.24.℣.2.Caniſtrum vnũ (habebat) ficus bonas valde, ſicut eſſe ſolent. ὁ κάλαθος. הַדּוּד
Et plur.2.Reg.10.℣.7.Et poſuerunt capita eoꝝ in caniſtris (vel ſportis) ἐν καρτάλλοις. בַּדּוּדִים
Et cũ Vau mobili.2.Par.35.℣.14.Et ſãctificata coxerũt in ollis & ahenis. ἐν τοῖς λέβησι. וּבַדְּוָדִים
In regim. cum א interpoſito. Ierem. 24.℣.1. Et ecce duo caniſtra ficuum. καλάθους. דּוּדָאֵי
Præterea tantum inuenitur Pſ.81.℣.7.Iob 41.℣.11. Ierem.24.℣.2.

דָוָה Elanguit, languidus fuit, quemadmodum mulieres ſunt à partu, & quando menſtrua patiuntur. Cognationem habet cum דָּאַב contabuit, nam laborantes hoc morbo tabeſcunt. Hinc διαίνομαι & δεύομαι irrigor, madeſio δεύω, διαίνω irrigor, ſeu laboro ꝓfluuio ſanguinis, ὠδίνω doleo, parturio, ὠδύζομαι lugeo, ὠδίν & ὠδίς dolor, vt eſt in partu, ὀδυνάω, ὀδυνάομαι, ὀδύρομαι doleo ὀδύνη dolor.

In 1. Coniugatione דָּוָה elanguit in profluuio ſanguinis. Semel legitur.
Leu.12.℣.2.Immunda erit ſeptem dies iuxta dies elangueſcere eam. τῆς ἀφέδρου. דְּוֹתָהּ
Et poteſt quoqꝫ Infin. exponi nominaliter, ſecundũ dies ſeparationis menſtrui eiꝰ.

Inde nomina.

דָּוֶה Languidus, & in regimine exponit᷑ abſtractè pro languore. Bis legit᷑ tantum, vt,
Thren.5.℣.15.Super hoc languidum eſt cor noſtrũ, ſuper his caligauerũt oculi &c. דָּוֶה
Et plur. In reg. Iob 6.℣.7.Veluti languores panis mei (ſunt iſta) כִּדְוֵי
דָּוָה Languida quæ laborat profluuio ſanguinis ſeu menſtruo. Quater habetur.
Leu.20.℣.18.Et vir qui concubuerit cũ muliere languida .i. menſtruata. ἀποκαθημένης. דָּוָה
Et cap.15.℣. vltim. Et languida in ſeparatione ſua (vel in profluuio ſuo) fluens fluxu. καὶ τῇ αἱμοῤῥούσῃ. וְהַדָּוָה
Thren.1.℣.13.Dedit (vel poſuit) me deſolatam, tota die languidam. ὀδυνωμένην. דָּוָה
Ieſ.30.℣.22.Diſperges (.i. abalienabis) eos tanqꝫ menſtruatam. ἀποκαθημένης. דָּוָה
דְּוַי Languor, defectio virium & remiſsio vigoris naturalis. Semel reperitur.
Pſ.41.℣.4.Iehoua ſuffulciet eum ſuper lecto languoris. ὀδύνης. דְּוָי
דַּוָּי Languidus valde, eſt nomẽ ex forma dageſſata, & ter legitur in Biblijs ſacris, vt,
Thren.1.vlt.Quia multa ſunt ſuſpiria mea, & cor meum eſt languidum. λυπεῖται. דַּוָּי
Ieſ.1.℣.4.Omne caput dolet, & omne cor eſt languidum .i. mœrens. εἰς λύπην. דַּוָּי
Ier.8.℣.18.Super me cor meum eſt languidum (vel dolore affectum) μετ᾽ ὀδύνης. דַּוָּי
מַדְוֶה Languor, Item veſtis quæ induitur in languore ſeu luctu. Quater extat.
In reg. Deut.28.℣.60.Et reducet in te omnem languorem Aegypti. τὴν ὀδύνην. מַדְוֵה
Et plur. in reg. Deut.7.℣.15.Et auferet &c. omnes languores Aegypti. νόσους. מַדְוֵי
2.Sam.10.& 1.Par.19.℣.4.Et præcidit indumenta eorum vſqꝫ ad nates. μανδύας. מַדְוֵיהֶם

דוּחַ Pepulit vi, & impetu quodam depulit, abluit depellendo ſordes per aquarum impulſiones. Idem quod דחח דָּחַח depulit & דחה דָּחָה protulit & נדח נָדַח: Hæc enim omnia expellendi & detrudendi vim habent. Hinc δίω δίημι expello, ὠθέω, ὤθω, ὠθίζω impello, ὠθέομαι expellor.

In 3. Coniugat. הֵדִיחַ pepulit, diſpulit. Quater in Biblijs ſacris, vt,
Ier.51.℣.34.Expleuit ventrem ſuum delicijs, expulit me (regione mea) ἐξῶσάν με. הֱדִיחָנִי
Ieſ.4.℣.4.Et ſanguines Ieruſalem expellet de medio eius. ἀκαθαριεῖ. יָדִיחַ
Ezech.40.℣.38.Ibi impellebant (abluendo) holocauſta. πλυνῶσι. יָדִיחוּ
2.Par.4.℣.6.Ad lauandum &c. vt abluerent impellendo in eas (pelues) ἀποκλύζειν. יָדִיחוּ

דוּךְ Contudit in pila ſeu mortario, pertudit. Cognationem habet cum דָּכַךְ & דָּכָא, item cum דָּכָה contudit, contriuit, & affinitate reſpicit ad דָּקַק attenuauit, comminuit. Hinc δήκω contundo, mordeo, & per metatheſin literarum ἴγδη pila, ἰγδίον mortarium.

In 1. Coniugat. דָּךְ contudit in pila ſeu mortario. Legitur tantum ſemel.
Numer.11.℣.8. Et collegerunt, & commolebant in mola, aut contundebant in mortario. καὶ ἔτριβον. דָּכוּ

Inde nomen.

Mortarium

מְדֹכָה Mortarium, pila, vas concauũ in quo olim ſiccata frumenta pinſebant .i. contundebant. ἴγδη, ἴγδις. i. mortarium, pila. Semel inuenitur.
Num.11.℣.8.Et molebãt in mola, aut contundebant in mortario. ϗ ἔτριβον ἐν τῇ θυΐᾳ. בַּמְּדֹכָה

דָּךְ Contuſus, contritus. Scribitur camez propter pauſam, de hoc vide in דָּכַךְ:

דּוּכִיפַת Vpupa, ſecundum Hieronymum, Eſt auis in lege eſu prohibita, habens criſtam magnam inſtar galeæ commorans in fimo. Videtur eſſe nomen peregrinum & compoſitum, ex דוּ id eſt, duo, & כִּיפַּת caput, quaſi dicas duo capita propter criſtam oblongiorem. Hinc δικέφαλος biceps, & Germanicum Widekop / alij Widhopff / Rabini exponunt Gallum ſylueſtrem. Bis legitur, vt,
Leu.11.℣.19.Et graculum iuxta ſpeciem ſuam, vpupam & veſpertilionem. ϗ ἔποπα. דּוּכִיפַת
Deut.14.℣.18.Et graculus iuxta genus ſuum, vpupa & veſpertilio. דּוּכִיפַת

דּוּם Domitus eſt vt conſileſcat, ſiluit, conticuit. Idem quod דָּמַם & דָּמָה domitus eſt ad ſilentium. Hinc δαμάω, δαμάζω, domo, domas, domare. Verbaliter autem non vſurpatur hæc radix, ſed tantum nomina inde deriuata.

דּוּמָה Silentium, locus ſilentij, vt eſt ſepulchrum, vbi omnia conſileſcunt, Et qui in viuis fuerunt inquietiſsimi, tandem ad locum ſepulchri venientes domantur vt ſileſcant. Appellant & Poetæ ſilentes mortuos. Bis legitur, Eſt quoq; proprium nomen loci.
Pſ.94.℣.17. Niſi Iehoua fuiſſet &c. penè habitaſſet in ſilentio anima mea. τῷ ᾅδῃ. דּוּמָה
Pſalm.115.℣. penult, Non mortui laudabunt te &c. neq; illi qui deſcendunt ad ſilentium. εἰς ᾅδου. דּוּמָה
Gen.25.℣.14.Filij Iſmael &c. Miſchma & Duma & Maſſa. וְדוּמָה
Ieſ.21.℣.11.Onus Duma, (quiſpiam) ad me clamat de Seir. τῆς ἰδουμαίας. דּוּמָה

דּוּמָם Silentium, locus ſepulchri vbi eſt perpetuum ſilentium. Reduplicatur 3.radicalis.
Ieſ.47.℣.5.Sede tacita (vel in ſilentio) Germanicè Sitz ſtiller. κατανενυγμένη. דּוּמָם
Habac.2.℣. penultimo. Væ ciuitati dicenti ad lignum, expergiſcere, excitare ad lapidem ſilentij. דּוּמָם
Thren.3. in ט.Bonus (homo) qui deſiderium & ſilentium habet ad ſalutem Domini. ϗ ἡσυχάσει. וְדוּמָם

דּוּן Contendit verbis, dijudicauit, exequutus eſt iudicium contendendo cum aduerſarijs, cauſam alicuius egit. Eſt verbum forenſe vt cum in iudicio multis contenditur verbis, Idem ſignificat quod דִּין. Hinc τείνω, συντείνω contendo, πίνος contentio, & δεινάζω contendo, conuitior, δεινάζω contendo, δεινός vehemens, & tono.
In 1.Coniug. דָּן contendit iudicando, dijudicauit, diſceptauit. Sæpe extat.
Ier.22.℣.16.Exequutus eſt (contendendo) iudiciũ pauperis & egeni. σὺν ἔκριναν κρίσιν דָּן
נֵכָר Diſcretio, ſeparatio, Item diſcretus, hoc eſt diſtinctus, ſeparatus, qui non eſt eiuſdem ſeminis, nationis & religionis nobiſcum, latini interpretes ℣terunt alienũ. נֵכָר
Ge.17.℣.12.A quocunq; filio diſcretiōis.i.extraneo q̃ nõ eſt de ſemine tuo. ἀλλοτρίου. נֵכָר
Pſ.18.& 2.Sam.22.℣.6.à fine.Filij diſcretionis(.i. alieni)marceſcent. υἱοὶ ἀλλότριοι.
In regim. Deut. 31. ℣. 16. Et fornicabitur poſt Deos diſcretionis terræ, id eſt, poſt alienos. ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων. נֵכַר
Legitur quoq; Gen.17.℣.vlt.Exod.12.℣.43.Leui.22.℣.25. Deut.32.℣.12.Ioſ.24.℣.2.

נֵכֶר Diſcretio, ſeparatio, diſcrimen, Lactantius libro 7. quæ diſcretio mors vocatur. וְנֵכֶר
Iob 31.℣.3.An non calamitas iniquo, & diſcretio patrantibus dolorē? ἀπαλλοτρίωσις.
Et ꝑter hunc locum non reperit̃ vſpiam, Quędã exemplaria habent וְנֶכֶר ac idē eſt.

נֹכֶר Diſcretio, ſeparatio, relegatio in terram alienam, vt fuit captiuitas Babylonica. נָכְרוֹ
Oba.1.℣.12.Et ne cõſpiceris ĩ diē fratris tui, in die diſcretiōis ſuæ. ἐν ἡμέρᾳ ἀλλοτρίων.

נָכְרִי Diſcretus, diſcriminatus, ſeparatus à noſtra religione, hoc eſt alienus.
Exod. 21.℣. 8.Populo diſcreto (id eſt, alieno) non habebit poteſtatem ad vendendum eam. ἀλλοτρίῳ. נָכְרִי
Zeph.1.℣.8.Viſitabo principes & filios regis & oēs induētes veſtē diſcretã ἐνδύματα ἀλλότρια.i.diuerſã à vulgi veſte, vt ſolēt geſtare primores ĩ populo et ſacerdotes. נָכְרִי
Et plural. Obad. 1.℣.11. In die quando abducunt alieni facultatem tuam, & diſcreti ingrediuntur. ϗ ἀλλότριοι. וְנָכְרִים לְנָכְרִים
Thre.5.℣.2.Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, ædes noſtræ ad diſcretos. ἀλλοτρίοις.

נָכְרִיָּה Diſcreta, ſeparata, aliena, quæ benè diſcernitur ab alijs mulieribus. נָכְרִיָּה
Exo.2.℣.4.à fine.Aduena fui in terra diſcreta.i.aliena ſed peregrina. ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. מִנָּכְרִיָּה
Pro.2.℣.16.Ad liberãdũ te à muliere aliēa, à diſcreta quæ ſermões ſuos ꝛc. ἐ ἀλλότριον. נָכְרִיּוֹת
Et plur.Gen.31.℣.15.Noñe vt diſcretæ(.i.alienigenæ)reputatæ ſum⁹ ei. αἱ ἀλλότριαι.
1. Regum 11. ℣. 8. Et ſic fecit omnibus vxoribus ſuis diſcretis, id eſt, quas duxerat ex gentibus. ταῖς ἀλλοτρίαις. הַנָּכְרִיּוֹת

הַכָּרָה Diſcretio, He à fronte hæmanthicum. Et ſemel reperitur, vt הַכָּרַת
In reg.Ieſ.3.℣.9.Et diſcretio vultus eoꝝ reſpondit contra eos.i.habitus vultus ꝑdit. αἰσχύνη.

מַכָּר Diſcretio in claſſes ſeu ordines. D. Hieron: vertit ordinem. Rabinis notum. מַכָּרוֹ
Cum affi.2.Re.12.℣.6.Accipiant ſibi ſacerdotes qſq; à claſſe ſua. ἀπὸ τῆς πράσεως αὐτῶν. מַכָּרֵיכֶם
Et plu.cum affi.2. Re.12.℣.8. Ne igitur accipiatis argentum à diſcretionibus veſtris .i.à populo in claſſes diuiſo, nam quidã his, & quidã alijs ſacerdot: dabant cenſus. ἀπὸ τῶν πράσεων ὑμῶν.

נָכַת Contudit, contriuit, ſi de hominibus dicitur, ſignificat occidere. Idem eſt quod כָּתַת. Et multum affinitatis habet cum נָכָה percuſſit ad necem. Hinc per metatheſin κτείνω, κτένω, κτίω, κτιννύω .i.occido, interimo. Et German: kneten/kneuten.

In I. Con. נָכַת contudit, percuſſit tundendo. Legitur tantum ſemel, vt: וָאֶכֹּת אֹתוֹ
Deut.9.℣.21.Et contudi eum(vitulum conflatilem)attenuando benè. συνέκοψα.

In III. Coniug. הִכִּית contudit. Bis legitur, vt וַיַּכְּתוּ
Deut.1.℣.antep.Et contuderunt vos in Seir vſq; ad Horma. ϗ ἐτίτρωσκον ὑμᾶς. וַיַּכְּתוּם
Num.14.℣.vlt.Et percuſſerunt eos, & contriuerunt eos vſq; ad Horma. κατέκοψαν αὐτοὺς.

In voce paſſiua הֻכַּת contuſus eſt, contritus eſt. יֻכַּת
Ieſa.24.℣.12.Relinquetur in vrbe deſolatio, & commotio, contundetur porta. יֻכַּתּוּ
Ier.46.℣.5.Retroaguntur, & fortes eoꝝ contundentur.i.occidentur. κοπήσονται. Sed hoc quia in ת dages habet, rectius dicitur à כָּתַת formari per reſolutionem, ꝑ יוּכַּתּוּ.
Et ſic quoq; Mich.1.℣.7.Iob 4.℣.vltimo.

Inde nomen.

נְכֹת Aroma, nomen generale aromatum contuſionis vel à נָכָא. Quater legitur. נְכֹאת
Cũ א interpoſito. Ge.37.℣.24.Et cameli eoꝝ ferebãt aromata, et reſinã. θυμιαμάτων. נְכֹאת
Et cap.43.℣.11.Paululum reſinæ, paululum mellis, aromata & lotum. θυμιάματα. נְכֹתֹה
Cum affi.2.Re.20.℣.13.& Ieſa.39.℣.2.Et oſtendit eis domũ aromatũ ſuoꝝ. νεχωθᾶ.
He ponitur ꝑ ו affixo, & ſcd̃m alteram lectionem poterit eſſe fœmininum נְכֹתָה ꝛc.

Deſijt,

נָלָה Deſijt, ceſſauit, conſummauit, conſumpſit. Cognationem habet cum כָּלָה conſummatus eſt. Hinc ἀναλόω, ἀναλίσκω, ἀναλισκέω .i. conſumo.
In III. Coniug. הִנְלָה ceſſauit, deſijt. Legitur tantum ſemel, vt
Ieſa. 33. ℣. 1. Quum deſieris ad præuaricandum præuaricabuntur in te quoq;. Pro כַּנְּלֹתְךָ
כְּהַנְלֹתְךָ & quædam exemplaria habent Dages in Nun, quod fortaſſe ponitur, ne ipſi Nun contingat ſcheua mutum.

Inde nomen.

מִנְלָה Conſummatio, extremitas quæ alicuius rei eſt finis ceſſans & deſinens. Semel,
Cum affi. Iob 15. ℣. 29. Neq; extendet ad terram conſummationem ſuam. σκιάν. מִנְלָם

נָמַל Præcidit, circumcidit carnem præputij, Idem quod מוּל & non multum abludit à מָלַל reſecuit ſuperfluitates. Hinc per aphæreſin μελίζω detrunco membrum, μέλος membrum, nam & circumciſio Iudæorum fiebat in membro genitali.
In I. Coniug. נָמַל circumcidit. Legitur tantum ſemel, vt
Gen. 17. ℣. 11. Et circumcidetis carnem ꝓputij veſtri atq; hoc erit. περιτμηθήσεσθε. וּנְמַלְתֶּם
In voce paſsiua. נִמּוֹל circumciſus eſt in præputio, præciſus eſt. Ter habetur.
Gen. 17. ℣. pen. In vno eodemq; die circumciſus eſt Abraham & Iſmael. περιετμήθη. נִמּוֹל
Et ℣. vlt. A filio diſcretionis (vel alieni) circumciſi ſunt cum ipſo. περιέτεμον. נִמֹּלוּ
Geneſ. 34. ℣. 22. Vt circumcidatur nobis omnis maſculus quemadmodum ipſi circumciſi ſunt. περιτέτμηνται. נִמֹּלִים
נְמָלָה Formica, à præcidendo grana collecta, ne rurſus in fruges naſcantur, 2. legitur.
Pro. 6. ℣. 6. Vade ad formicā piger, inſpice vias eius & ſapiens eſto. πρὸς τὸν μύρμηκα. נְמָלָה
Et plu. Pro. 30. ℣. 25. Formicæ ſunt populus non fortis, attamē parant ꝛc. οἱ μύρμηκες, נְמָלִים

נָמֵר Pardus, panthera, πάρδαλις, animal habens cutem varijs maculis ſparſam. Cognationem habet cum מָרַר amarus fuit, & cum מִיר mutauit, nam animal illud eſt ſæuiſsimum & amarum animo.
Ier. 13. ℣. 23. Num mutabit Aethiops pellē ſuā, aut pardus maculas ſuas? καὶ πάρδαλις. וְנָמֵר
Et plur. Hab. 1. ℣. 8. Et velociores ſunt pardis equi eius. ὑπὲρ παρδάλεις. מִנְּמֵרִים
Legitur præterea tantum Can. 4. ℣. 8. Ieſ. 11. ℣. 6. Ier. 5. ℣. 6. Oſe. 13. ℣. 7.

נָנַשׁ Oblitus eſt, obliuioni tradidit, remouit ex corde. Significatione ferè conuenit cum נָשַׁשׁ excuſsit cogitationibus ſeu memoria. Hinc per conuerſionē rad: ſino, deſino.
In I. Coniugatione נָנַשׁ remouit.
Ieſa. 44. ℣. 21. Creaui te, ſeruus meus es, ô Iſrael ne remoueas me (vel deſinas me) תְּנַשֵּׁנִי
(μὴ ἐπιλανθάνου μου.

נָסַג Retroceſsit, retroegit, Idem quod סוּג niſi quod in alijs atq; alijs vſurpentur coniugationibus.
In I. Coniug. נָסַג retroceſsit, & cum accuſatiuo fit tranſitiuum. Bis legitur.
Ieſ. 59. ℣. 13. Trāſgrediendo et mētiendo ꝛc. & retrocedēdo à Deo noſtro. καὶ ἀπέστημεν. וְנָסוֹג
Mich. 2. ℣. 6. Non retroaget calumnias. i. ꝓpheta nō transferet ignominias. ἀπώσεται יִסַּג
In III. Coniug. הִסִּיג fecit retrocedere, tranſtulit retrorſum. Quater legitur.
Deut. 27. ℣. 17. Maledictus qui transfert terminum ꝓximi ſui ꝛc. ὁ μετατιθεὶς ὅρια. מַסִּיג
Et cap. 19. ℣. 13. Non transferes terminum proximi tui quem limitauerunt priores.
οὐ μετακινήσεις ὅρια. (μὴ μέταιρε ὅρια. תַסִּיג
Prouerb. 22. ℣. pen. Ne transferas terminum perennitatis, i. qui olim fuit poſitus. μὴ תַּסֵּג
Mich. 6. ℣. antep. Et tranferes ſed nō facies euadere, & ſi q̃d eripueris ꝛc. καὶ καταλύψῃ וְתַסֵּג
In voce paſsiua. הֻסַּג retractus eſt, translatus eſt. Semel habetur.
Ieſ. 59. ℣. 14. Et retroactum eſt iudicium & iuſticia à longè ſtabit. ἀπεστήσαμεν. וְהֻסַּג

נָסָה Leuauit, eleuauit, item leuauit ad tentandum, attētauit. Cognationē habet cum נָסַס vexillum eleuauit agitando illud, & cum נָשָׂא extulit, eleuauit.
In I. Con. נָסָה eleuauit. Legitur tantum bis in ſacris Biblijs, vt
Pſ. 4. ℣. 7. Eleua ſuper nos lucem vultus tui Domine. Pro נְשָׂא: ἐσημειώθη. נְסָה
Iob 4. ℣. 2. Nunquid ſi eleuauerimus ℣bum ad te, ægrè feres (vel ſi tentauerimus)? הֲנִסָּה

In II. Con. נִסָּה tentauit, fecit periculum. Sæpe reperitur vſurpatum, vt נִסָּה
Gen.22.℣.1. Poſt hæc geſta tentauit Deus Abrahã dicebatq; ad eum &c. ἐπείρασε.
Deut.6.℣.16. Non tentabis Dominum Deum veſtrum quemadmodum tentaſtis נִסִּיתֶם
(ὅτι πειράζει.
in Maſſa. ἐξεπειράσατε. מְנַסֶּה
Et cap.13.℣.4. Quia tentat Iehoua Deus veſter vos, vt ſciat, num ſitis amantes &c.
Exod.20.℣.20. Nam ad tentandum vos venit Deus, vt ſit timor eius in conſpectu נַסּוֹת
(πείρασον.
vrõ. τοῦ πειράζαι. נַס־נָא
Dan.1.℣.12. Tenta nunc ſeruos tuos .i. fac periculum cum ſeruis tuis per 10. dies. אֲנַסֶּה
Ieſa.7.℣.12. Et dixit Achas non petam, & non tentabo Dominum. μὴ πειράσω. תְּנַסּוּן
Exo.17.℣.2. Et dixit Moſe, Quid litigabis mecum? cur tentabitis Dñm? τί πειράζετε. וַיְנַסּוּ־אֵל
Pſ.105.℣.14. Et fecerũt ſe ꝯcupiſcere &c. & tentauerũt Deũ in ſolitudine. καὶ ἐπείρασαν.
Item reperitur Pſ.26.℣.2. Pſ.78.℣.18. Pſ.95.℣.9. Eccle.2.℣.1. cap.7.℣.25. &c.

Inde nomen.

מַסָּה Tentatio, item nomen loci Maſſa, vbi populus Iſrael tentauit Deum ſuum. מַסָּה
Pſ.95.℣.8. Ne induretis cor veſtrum vt in Meriba, vt in die Maſſa. τοῦ πειρασμοῦ. לְמַסָּת
In reg. Iob 9.℣.23. Tentationi (.i. afflictioni) innocuorum irridebit. ἐξαισίῳ. בְּמַסַּת
Et plur. Deut.4 34. In tentationibus, in ſignis, & in ꝓdigijs & in bello. ἐν πειρασμῷ.
Reperitur & Deut.17.℣.7. cap.6.℣.16. cap.7.℣.19. cap.9.℣.23. cap.33.℣.8. cap.29.℣.2.

נָסַח Euulſit, euertit, extirpauit, contriuit funditus, euertit, demolitus eſt. Cognationẽ habet cum סָחָה .i. ſcopis purgauit verrendo. Hinc σωχέω & σώχω .i. tero. Ger: ſichten.
In I. Con. נָסַח euulſit, demolitus eſt, & abſolutè euulſus eſt. Ter legitur. יִסַּח
Pro.15.℣.25. Domum ſuperborum demolietur Dominus. κατασπᾷ. וְיִסַּחֲךָ
Pſ.52.℣.6. Tollet te, & euellet te de tabernaculo. Græc: μεταναστεύσαι σε. יִסְּחוּ
Pro 2.℣.vlt. Improbi de terra excindent, & ꝑuaricatores euellent ex ea. ἐξωσθήσονται.
In voce paſſiua נִסַּח euulſus eſt, euerſus eſt. Semel habetur, vt וְנִסַּחְתֶּם
Deu.28.℣.63. Et euellemini de terra, quã tu ingrederis ad poſsidẽdũ eã. καὶ ἐξαρθήσεσθε.

Inde nomen.

מַסָּח Euulſio, contritio, euerſio. Legitur tantum ſemel hoc nomen, vt מַסָּח
2.Reg.11.℣.6. Et cuſtodietis cuſtodiam domus, euulſione .i. vt euellatis & conteratis illos qui fortè irrupturi eſſent.

נָסַךְ Fudit, effudit, dicitur tam de aridis quam liquidis, vnde ſi de aridis vſurpatur poteſt quoq; exponi per verbum tegere, ſeu cooperire, nam & aqua effuſa in terram operit & tegit eam. Cognationem habet cum נָתַךְ conflauit, & סָכַךְ texit, & סוּךְ vnctus eſt. Hinc German: ſeigen & per conuerſionem radicis eſt Gieſſen.
In I. Con. נָסַךְ fudit, operuit fundendo. Conſtruitur cum accuſatiuo & עַל נָסַךְ
Ieſa.29.℣.10. Quoniam fudit ſuper vos Iehoua ſpiritum ſoporis. ὅτι πεπότικεν. נָסַכְתִּי
Pſ.2.℣.6. Et ego fudi (.i. conſtitui) regẽ meũ ſuꝑ Zion montem ſanct: meũ. κατεστάθην. נְסוּכָה
Ieſa.25.℣.7. Et operimentum oppanſum ſuper omnes gentes. ἡ γὰρ βουλὴ αὕτη. וְלִנְסֹךְ
Et cap.30.℣.1. Et ad fundendum fuſionem, ſed non eſt ita ſpiritus meus. καὶ συνθήκας. יִסְּכוּ
Oſe.9.℣.4. Nõ fundent (.i. libabũt) Dño vinũ, & nõ tẽpata erũt ſacrificia. οὐκ ἔσπεισαν. תִסְּכוּ
Exo.30.℣.9. Et libamen non fundetis ſuper illud (altare) καὶ σπονδὴν οὐ σπείσετε.
In voce paſſiua נִסַּךְ fuſus, ordinatus eſt. Semel reperitur. נִסַּכְתִּי
Pro.8.℣.23. A ſeculo ordinata ſum, ab initio, ab originibus terræ. ἐθεμελίωσέ με.
In II. Con. נִסֵּךְ fudit, libauit. Semel vſurpatur, vt וַיְנַסֵּךְ
1.Par.11.℣.18. Et non voluit Dauid bibere eas, ſed fudit .i. libauit eas Dño. καὶ ἔσπεισεν.
In III. Con. הִסִּיךְ fecit fundi .i. libauit, fudit in libamen. Sæpe extat in Biblijs. וְהִסִּיכוּ
Ier.32.℣.29. Et libabant libamina Dijs alienis ad irritandũ me. καὶ ἔσπενδον σπονδάς. וְהַסֵּךְ
Nu.28.℣.7. In ſanctuario fac libare libamen ſiceræ Dño. σπεῖσαι σπονδὴν. (τῇ σπονδάς. וְהַסִּיךְ
Ier.44.℣.17. Et libare ei libamina quemadmodũ fecimus nos & patres. καὶ σπένδειν αὐ- אַסִּיךְ
Pſ.16.℣.4. Non libabo libamina eoꝝ de ſanguine, & nõ ſumã &c. nõia συναγάγω. וַיַּסֵּךְ
Gen.35.℣.14. Et libauit ſuper eam libamen, & fudit ſuꝑ ipſum oleum. καὶ ἔσπεισεν. וַיַּסִּיכוּ
Ezec.20 ℣.28. Et libauerunt ibi libamina ſua. καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ τὰς σπονδὰς αὐτῶν.
Legitur præterea Ier.7.℣ 20. cap.19.℣,13. cap.44.℣,18.24. Item 2.Sam,23.℣.16. &c.

In voce paſsiua הֻסַּךְ fuſus eſt, aſperſus eſt. Bis legitur, vt (καὶ τὰ σπονδεῖα.
Exo.25.℣.29. & ca.37.℣.16. Cantharos eius & cyathos eiꝰ, in quibus libabiť, facies. יֻסַּךְ

Inde nomina.

נֶסֶךְ & נֵסֶךְ fuſio, libatio, libamen, **eine begieſſung**. Sæpe in Biblijs extat, vt
Exod.30.℣.9. Et libamen non fundetis ſuꝑ illud (altare) καὶ σπονδὴν οὐ σπείσετε. וְנֵסֶךְ
Gen.35.℣.14. Et libauit ſuper eã (ſtatuam) libamen, & fudit ſuper ipſa ꝛc. σπονδήν. נֶסֶךְ
In pau. Ioel 1.℣.13. Nã diminutũ eſt à domo Dei veſtri ſacrificiũ & libamẽ. καὶ σπονδή. וָנָסֶךְ
Cum affi. Nu.28.℣.8. Et libatio eiꝰ ſit quarta pars Hin ꝓ agno vno. καὶ σπονδὴν αὐτοῦ. וְנִסְכּוֹ
Et plur. Leuit.23.℣.37. Holocauſtũ & oblationẽ, ſacrificiũ & libamina ꝛc. καὶ σπονδάς. וּנְסָכִים
Cũ aff. leui. Nu.29.℣.31. Et hircꝰ ꝓ ꝛc. p̃ter holocauſtũ & libamina eiꝰ. καὶ σπονδαὶ αὐτῶν. וּנְסָכֶיהָ
Cũ affix. gra. Pſ.16.℣.4. Non libabo libamina eoꝝ quæ ſunt de ſanguine. συναγωγάς. נִסְכֵּיהֶם
Nu.29.℣.11. Præter holocauſtũ iuge, & oblationẽ & libamina eoꝝ. καὶ ἡ σπονδὴ αὐτῆς. וְנִסְכֵּיהֶם

נָסִיךְ Perfuſus oleo, vnctus, item fuſio. Sæpe abſtractum pro concreto accipitur.
Cũ affi. Deut.32.℣.38. Quoꝝ adipẽ ꝛc. biberunt vinũ fuſionis eoꝝ. τῶν σπονδῶν αὐτῶν נְסִיכָם
Et plural. cum affix. Pſalm.83.℣.12. Pone eos &c. ſicut Zeba & Salmuna omnes vnctos eorum. τοὺς ἄρχοντας. (ἐν τῷ δήγματι. נְסִיכֵמוֹ
In reg. Mich.5.℣.5. Excitabimus contra ipſum 7. paſtores & 8. principes hominum. נְסִיכֵי

מַסֵּכָה Fuſio, conflatile, & bis accipitur de aridis, operimentum, pro סָכַךְ à מַסֵּכָה:
Deu.9.℣.12. Fecerũt ſibi cõflatile .i. deos cõflatiles ſeu fuſiles. ἐποίησαν ἑαυτοῖς χώνευμα מַסֵּכָה
Exo.32.℣.4. Et fecit ex eis vitulũ cõflatiõis, & dicebãt, hi ſũt dij tui. μόσχον χωνευτόν. מַסֵּכָה
Ieſ.28.℣.20. Et operimentum eſt ſtrictius, quàm vt ſe eo quiſq; inuoluat, ꝓ וְהַמַּסֵּכָה וְהַמַּסֵּכָה
In reg. Ieſ.30.℣.22. Et prophanabitis ꝛc. ſuperhumerale conflatilis auri tui, מַסֵּכַת
Et plur. 1. Reg.14.℣.9. Et feciſti tibi deos alienos & conflatilia. καὶ χωνευτά. וּמַסֵּכוֹת
Cum affi. Num.33.℣.52. Et ꝑdetis ꝛc. oĩa ſimulacra conflatiliũ eoꝝ. τὰ χωνευτὰ αὐτῶν. מַסֵּכֹתָם

מַסֶּכֶת Iugum textorium, liciatorium per quod licia funduntur. Bis reperitur. (μετὰ
In pau. Iud.16.℣.13. Si intexueris ſeptẽ cincinos capitis mei iugo textorio. μετὰ τοῦ διάσ- הַמַּסָּכֶת
Et ℣.14. Et tranſtulit clauum texturæ, & liciatorium. καὶ τὸ διάσμα. הַמַּסָּכֶת

נִיסָן Niſon, primus menſis apud Ebræos, poſt æquinoctiũ vernum, qui aliâs vocať אָבִיב à germinatione, vt eſt in prima radice huius libri.

נָסַס

Vexillum erexit agitando, eleuauit vexillum. Cognationem habet cum נָסָה eleuauit, & cum נוּס fugit, nam vexillum erectũ & agitatum hinc inde fugit .i. mouetur.
In I. Coniug. נָסַס erexit vexillum, eleuauit vexillum. Semel reperitur.
Ieſ.10.℣.18. Et erit ceu liqueſcere vexilla eleuantem .i. exercitus ille peribit non aliter quam perire ſolet exercitus liqueſcente vexillifero præ metu. καὶ ἔσται ὁ φεύγων. נֹסֵס
In IIII. Coniug. הִתְנוֹסֵס fecit ſe eleuare vexillum. Bis reperitur.
Zach.9.℣.pen. Quia lapides inſertionis ſeſe eleuãtes ſuꝑ terrã eiꝰ ἅγιοι κυλίονται. מִתְנוֹסְסוֹת
Pſ.60.℣.6. Dediſti timẽtibꝰ te vexillũ, ad vexillandũ .i. eleuandum. τοῦ φυγεῖν. לְהִתְנוֹסֵס

Inde nomen.

נֵס Vexillum quod eleuatur in altum, & eſt ſignum ad quod congregantur milites.
Ieſ.5.℣.26. Et eleuauit vexillũ ad gentes è longinquo .i. qui procul ſunt. σύσσημον. נֵס
In reg. Ieſ.11.℣.10. Et erit in die illo radix Iſai, quæ ſtat in vexillum populoꝝ. ἄρχειν. לְנֵס
Cũ aff. Exo.17.℣.pẽ. Et vocauit nomẽ eiꝰ, Dñs Niſsi .i. vexillũ meũ eſt. μου καταφυγή. נִסִּי
Legitur & Num.21.℣.9.10. cap.26.℣.10. Ieſ.13.℣.2. cap.18.℣.3. cap.30.℣.17. &c.

נָסַע

Profectus eſt, mouit vel eleuauit ſe de loco ad alium, diſceſsit de loco, ſoluit è loco. Germanicè **ſich erheben**. Cognationem habet cum נוּס fugit de loco, & cum נָסָה eleuauit aliũ ꝛc. Hinc per aphæreſin ἀΐσσω, σείω, σίω moueo. Et ger: **ziehen wegziehen**.
In I. Con. נָסַע profectus eſt dimouendo, & cum accuſatiuo tranſtulit.
Gen.33.℣.17. Et Iacob profectus eſt in Succoth, & ædificauit ſibi domum. נָסַע
Nu.10.℣.4. à fine. Et arca fœderis Dñi ꝓficiſcebať ante eos. προεπορεύετο. נֹסֵעַ
Gen.12.℣.9. Et profectus eſt Abraham eundo & proficiſcendo. ἀπῆρεν. וְנָסוֹעַ
Nu.10.℣.pen. Et factum eſt cũ ꝓficiſceretur arca dicebat Moſe, Exurge ꝛc. ἐξαίρειν. בִּנְסֹעַ
Gen.11.℣.2. Et factũ eſt in proficiſci illos (.i. quũ ꝓficiſcereť) ab oriente. ἐν τῷ κινῆσαι. בְּנָסְעָם
Deut.2.℣.24. Surgite proficiſcimini, & tranſite torrentem Arnon ꝛc. ἀπάρατε. סְעוּ

Gen.12.℣.9.Et profectus eſt Abrahã eundo & ꝓficiſcendo ad meridem. ϗ ἀπῆρεν. וַיִּסַּע
Ioſ.3.℣.3.Et vos ꝓficiſcemini de loco veſtro & ſequemini illam(arcam)ἀπαρεῖτε. תִּסְעוּ
Et tranſitiuè. Iud.16.℣.14.Et tranſtulit clauũ texturæ, & iugũ liciatorium.ϗ ἐξέσπασε. וַיִּסַּע
Iud.16.℣.3.Et trãſtulit eas (ianuas) vnà cũ vecte, & poſuit ſuꝑ ſcapulas ꝛc. ἐ αἰεβα- (σαξεν. וַיִּסָּעֵם

In voce paſsiua נִסַּע ablatus eſt, amotus eſt. Bis legitur, vt
Ieſ.38.℣.12.Aetas mea ablata eſt, tranſlata eſt à me inſtar tentorij.κατέλιπον. נִסַּע
Iob 4.℣.vlt.Nõne tranſlata eſt poſteritas illoꝝ, & morientᷣ ſine ſapientia.ἀπώλοντο. נִסַּע

In III. Coniug. הִסִּיעַ tranſtulit, amouit, fecit proficiſci. Sexies reperitur.
Eccle 10.℣.8.Trãferẽs lapides dolore afficietᷣ ꝑ illos q.d.nihil fit ſine dolore.ἐξαίρων. מַסִּיעַ
Pſ.80.℣.9.Vitem ex Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eam.μετῆρας. תַּסִּיעַ
2.Reg.4.℣.4.Et (vas)quod fuerit plenum, transferto.i.ſepone.ἀρεῖς νῶτον. תַּסִּיעִי
Pſ.78.℣.26.Transfert Eurum cœlo, & adduxit virtute ſua Africum. ἀπῆρεν. יַסַּע
Exod.15.℣.21.Et tranſtulit Moſe Iſraelitas de mari iuncoſo & abierunt.ἐξῆρε. וַיַּסַּע
1.Reg.5.℣.pen.Et tranſtulerunt lapides magnos, lapides precioſos. וַיַּסִּעוּ

Inde nomen.

מַסָּע Profectio, amotio, translatio de loco ad alium, & non tantum vſurpatur de hominibus ꝓficiſcentibꝰ, ſed quoqꝫ 1. de lapidibus aliũde aduectis et 1.de haſta miſsili.
1.Re.6.℣.7.Ex lapide integro trãſlatiõe(.i. trãſlato aliũde)ædificata eſt domꝰ.ἀργοῖς. מַסָּע
Iob 41.℣.18.Etiãſi attigerit aliqs eũ gladio ꝛc.aut lãcea aut haſta aut lorica.δόρυ ἐπηρ-(μένον. מַסָּע
Deut.10.℣.11.Surge vade ad ꝓfectionẽ ante pplm̃. Deſinit in pathah.ἄπαρον. לְמַסַּע
In reg.Num.10.℣.2.Ad conuocationẽ cœtus, & ad tranſlationẽ caſtroꝝ. ϗ ἐξαίρειν. וּלְמַסַּע
Et plur.cum affi.leui.Gen.13.℣.3.Et iuit ad profectiones ſuas ab Auſtro. לְמַסָּעָיו
Cum affi.gra.Num.33.℣.2.Per ꝓfectiones ſuas.In ס ſcheuato excidit dages.σταθμοὺς. לְמַסְעֵיהֶם
Et ſic in re.Nu.10.℣.28 Hæ ſũt ꝓfectões filioꝝ Iſrael iuxta exercitꝰ ꝛc.αὐτῶν σὺν στρατιᾷ. מַסְעֵי

סַעָה Profectio, commotio. Legitur tantum ſemel de vento qui ꝓficiſcitur à Dño. סֹעָה
Pſ.55.℣.9.A vento commotionis(.i.turbinis) & à tempeſtate.

נָסַק Scandit ſine ſcalis, conſcendit rupes magnas manibus ſe ſuſtentando, klettern. Hinc per metatheſin literarum & aſſumto d fit ſcando, aſcendo, conſcendo.

In I. Coniug. נָסַק conſcendit, aſcendit. Semel tantum legitur, vt
Pſ.139.℣.8.Si enim aſcendero in cœlum, tu ibi es, & ſi ſternã lectũ meũ ꝛc. ἀναβῶ. אֶסַּק

נָסַת Incitauit ſuadendo, inſtigauit, laceſsiuit, prouocauit, idem quod סוּת: Hinc cieo, cito, incito, vel potius ſuadeo, perſuadeo.

In III. Coniug. הֵסִית ſuaſit, incitauit ſuadendo.
Ier.38.℣ 22.Incitauerunt te, & p̃ualuerunt tibi viri qui pacem ꝓmittunt. ἠπάτησάν σε. הֱסִיתוּךָ
Et ca.43.℣.3.Nã Baruch filius Neriæ incitat te ꝯtra nos, vt tradas nos ꝛc. συμβάλλει. מַסִּית
2.Par.32.℣.11.Nonne Hiſkia incitat vos vt tradat vos ad moriendũ fame? ἀπατᾷ. מַסִּית
Et ℣.15.Ne ergo commoueat vos Hiſkijahu, & ne perſuadeat vobis.πεποιθέναι. יַסִּית
Reperitur præterea tantum 2.Reg.18.℣.32.Ieſ.36.℣.18.& 2.Par.32.℣.16.

נָעַל Obſerauit oſtium peſſulo, clauſit obice admoto. Et propriè vſurpatur de ianua repagulo ſeu peſſulo munienda, item de calceis qui olim parabantur vt induentes fibula quadam clauderent. Hinc German: Nagel/ & clauus.

In I. Con. נָעַל obſerauit, item calceauit, vel clauſit calceos. Sexies legitur.
2.Sã.13.℣.18.Et extruſit eã miniſter eiꝰ foras, & obſerauit ianuã poſt eã. ἐ ἀπέκλεισε וְנָעַל
Iud.3.℣.23.Et clauſit ianuas cœnaculi poſt ſe, & obſerauit. ϗ ἐσφήνωσε. וַיִּנְעֹל
Can.4.℣.12.Hortus obſeratꝰ eſt ſoror mea, ſponſa, ſcaturigo obſerata.κεκλεισμένος. נָעוּל
Iud.3.℣.24.Et viderunt quod ianuæ cœnaculi eſſent obſeratæ.ἐσφηνωμένας. נְעֻלוֹת
2.Sam.13.℣.17.Emitte hanc foras & obſera ianuam poſt illam. ϗ ἀπόκλεισον. וּנְעֹל
Ezec.16.℣.10.Et calceaui te taxo.i.calceos qui obſeranᷣ feci tibi de taxo. ὑπέδυσά σε. וָאֶנְעָלֵךְ
In III.Coniug. הִנְעִיל calceauit, induit calceos. Semel reperitur. (ὑπέδυσαν αὐτούς. וַיַּנְעִלוּם
2.Par.28.℣.15.Veſtierunt eos, & induerunt eos calceis, cibum & potũ dederunt. ἐ

Inde nomina.

נַעַל Calceus, calceamentum quod ſupernè corrigia tanqꝫ peſſulo obfirmatur. Gen.

Geneſ.14.℣.pen. Si à filo vſq; ad corrigiam calceamenti, & ſi accepero quicq; &c. ὑποδήματος. (ὑπολυθέντος τὸ ὑπόδημα. נַעַל

In pauſa Deut.25.℣.10.Et vocabitur nomen eius in Iſrael, domus laxati calceamẽti. הַנָּעַל

Cum affi.Ioſ.5.℣.pen. Solue calceamentum tuum de pede tuo. λῦσον τὸ ὑπόδημα. נַעַלְךָ

Pſal.60.& Pſ.108.℣ſu 10. Super Aedom proijciam calceamentum meum .i. mittam pedem. ὑπόδημά μου. (δημάτων. נַעֲלִי

Dual.Amos 2.℣.6.Eò quòd vendiderunt egenum pro pari calceamentorum. ὑπο- נַעֲלָיִם

Et plur.Ieſ.11.℣.pen. Deducet (ſuos) cum calceamentis. ὑποδήμασι. בַּנְּעָלִים

Cũ affi.leu.Ieſ.5.℣.27.Et nõ dirupta eſt corrigia calceamentorũ eius. τῶν ὑποδημάτων. נְעָלָיו

נְעָלוֹת Cũ affi.grau.Exo.12.℣.11.Lũbi veſtri ſint cincti, & calceamenta veſtra ꝛc. ϗ τὰ ὑπο- נַעֲלֵיכֶם

Calcei, calceamenta. Legitur tm̃ ſemel in ſacris Biblijs, vt: (δήματα ὑμῶν.

מִנְעָל Ioſ.9.℣.5. Calceamenta quoq; vetera, & cõmaculata in pedibus ſuis. ϗ τὰ σανδάλια. וּנְעָלוֹת

Calceamentum, calceamen, calcearium. Semel tantum inuenitur, vt

מַנְעוּל Deut.33.℣.5.à fine. Ferrũ & æs calceamentũ tuum .i. in regione tua erunt metalla. τὸ מִנְעָלֶךָ

Sera, obſeratio, peſſulus quo aliquid obſtringitur. (ὑπόδημα αὐτοῦ.

Cant.5.℣.5.Et manus meæ ſtillauerunt ꝛc. fluentem ſup manubria peſſuli. τοῦ κλείθρου. הַמַּנְעוּל

Et plu. Cũ affi. Nehe.3.℣.3.Et erexerunt ianuas eius, ſeras eius, & vectes eiꝰ. ϗ κλεῖ- וּמַנְעוּלָיו

Idem reperit᷑ Nehe.3.℣.6.13.14.15. Et prǽterea nuſpiam legitur. (θρα αὐτῆς.

נָעַם

Amœnus fuit, iucundus fuit, ſuauis fuit. Hinc per metatheſin literarum eſt ἐαμβὴν .i. viretum amœnum, & latinum amœnitas, item amœnus, amœna, amœnum.

In I. Coniug. נָעַם amœnus fuit, Eſt verbum neutrum .i. intranſitiuum.

Pſ.141.℣.6.Et audient ſermones meos, ſiquidem amœni fuerunt. ὅτι ἡδύνθησαν. נָעֵמוּ

Gen.49.℣.15.Et vidit requiem quod bona eſſet, & terram quod amæna eſſet. ὅτι πίων. נָעֵמָה

Can.7.℣.7.Quàm pulchra fuiſti, & quàm amœna fuiſti ô dilectio &c. τί ἡδύνθης. נָעַמְתְּ

Pr.2.℣.10. Cũ venerit ſapiẽtia ĩ cor tuũ, et ſciẽtia aĩę tuę fuerit amœna. καλὴ εἶναι δόξῃ. יִנְעָם

Legitur & tantum Pro.9.℣.17.& cap.24.℣.25. item 2.Sam.32.℣.19. Ezech.32.℣.19.

Inde nomina.

נָעִים Amœnus, iucundus, ſuauis, gratus. Et ſæpè vſurpatur hoc nomen.

Pſ.133.℣.1.Ecce quàm bonum & quàm iucundũ habitare fratres in vnũ. ἢ τί τερπνὸν. וּמַה נָּעִים

Pro.22.℣.18.Nam amœnum erit (tibi) ſi cuſtodieris ea (verba.) ὅτι καλοί εἰσιν. נָעִים

In re.2.Sa.23.℣.1.Amœniſſimꝰ cãtorũ ĩ Iſrael .i. ſuauiſſimꝰ pſaltes. ϗ εὐπρεπεῖς ψαλμοὶ נְעִים

נְעִימוֹת Et plu.Pſ.16.℣.6.Funiculi (mẽſorij) ceciderũt mihi in amœnis (locis) ἐν τοῖς κρατίστοις. בַּנְּעִימִים

Amœnitates, iucunditates, ſuauitates. Legitur tantum ſemel, vt

נֹעַם Pſ.16.℣.vlt. Amœnitates ſunt in dextera tua perpetuo (vel iugiter) τερπνότητες. נְעִמוֹת

Amœnitas, iucunditas, ſuauitas. Eſt nomen ſubſtantiuum.

Pro.3.℣.17. Viæ eius ſunt viæ amœnitatis, & omnes ſemitę eius ſunt pax. ὁδοὶ καλαί. נֹעַם

In reg.Pſ.27.℣.4.Ad inſpiciendum amœnitatem Domini. τερπνότητα. בְּנֹעַם

נַעֲמָנִים Item reperitur Zach.11.℣.7.10. Pro.15.℣.27. cap.16.℣.24. Pſ.90.℣.11.

Iucunditates, à ſingulari נַעֲמָן: Et tantum ſemel reperitur, vt:

מַנְעַמִּים Ieſ.17.℣.10.Propterea plantabis plantationes amœnitatum & palmitẽ ꝛc. ἄπιστον. נַעֲמָנִים

Amænitates, ſuauitates. Legitur tantum ſemel in ſacris Biblijs, vt;

Cum affi.Pſ.141.℣.4.Et non veſcar amœnitatibus illorũ .i. cibis dulcibus ꝛc. μετὰ τῶν (ἐκλεκτῶν αὐτῶν. בְּמַנְעַמֵּיהֶם

נַעֲצוּץ

Rubus ſpinoſus, frutetum, ſpinetum, D. Hieron. vertit ſaliunculam. R. Dauid Kimhi dicit eſſe ſpinam albam acutam, radix inuſitata eſt נָעַץ & eſt forma nominum perfectorum, quæ vltimam radicis geminant vt נַאֲפוּף. Cognationem vero habet cum עֵץ .i. arbor, lignum. Hinc ὀξύνω acuo, pungo, lædo attingentes, ὀξεῖς acutus. Bis tantum inuenitur in Biblijs.

Ieſ.55.℣.vlt. Pro fruteto (ſuccreſcet) fraxinus, ꝑ ſpineto exurget myrtus. ἀντὶ τῆς στοιβῆς. הַנַּעֲצוּץ

Et plur.Ieſ.7.℣.19.Et in omnibus frutetis, & in omnibus palatijs. ἐν παντὶ ξύλῳ. בַּנַּעֲצוּצִים

נָעַר

Excuſſit, exturbauit vehementer, in præceps deiecit, item excuſſus eſt, pręcipitatus eſt, quemadmodum gremium excutitur vt in præceps ruant contenta in eo. Hinc fortè νεῦρον, νευρὰς & latinum neruus, ſignificat enim omnes neruos contendere & adhibera in excutiendo aliquid.

In I. Coniug. נָעַר excuſsit, & ſine accuſatiuo, præceps fuit. Quinquies. נָעֲרוּ
Ier. 51. ℣. 38. Pariter vt leunculi rugient, excuſſerunt vocem vt catuli leænarum. נָעַרְתִּי
Nehe. 5. ℣. 13. Atq; excuſsi gremiũ meũ & dixi: Sic excutiet Deꝰ oẽm virꝝ. ἐξετίναξα. וְנֹעַר
Ieſ. 33. ℣. 9. Excuſſus (.i. deturbatus) eſt Baſan & Carmelus. i. eneruatus eſt. נֹעֵר
Et ℣. 15. Excutiens manus ſuas ne ꝯtrectet munus, obturans aurẽ ſuã ꝛc. ἀποσειόμενος. נָעוּר
Nehe. 5. ℣. 13. Vt ſic excuſſus ſit & vacuꝰ, dixitq; tota concio, Amen. ἐκτετιναγμένος.
In voce paſsiua נִנְעַר excuſſus eſt præcipitanter. Ter vſurpatur in Biblijs. נִנְעַרְתִּי
Pſ. 109. ℣. 23. Tanq; vmbra declinãs ambulaui, excuſſus ſum velut locuſta. ἐξετινάχθη.
Iud. 16. ℣ſu 20. Et dixit, Euadam atq; hac vice vt antea, & excutiar (præcipitanter.) וְאִנָּעֵר
καὶ ἀποτινάξομαι. וַיִּנָּעֲרוּ
Iob 38. ℣. 13. Ad obtinendum alas terræ, & excutientur impij ex ea. καὶ ἐκτινάξαι.
In II. Con. נִעֵר excuſsit, præcipitauit. Ter inuenitur tantum in Biblijs, vt
Pſ. 136. ℣. 15. Et excuſsit (.i. deiecit turmatim) Pharaonem & exercitum eius in mare. (καὶ ἐξετίναξε. וְנִעֵר
καὶ ἐκτινάξαντο. וַיְנַעֵר
Exod. 14. ℣. 5. à fine. Excuſsit .i. præcipitauit Iehoua Aegyptios in medium maris.
Neh. 5. ℣. 13. Sic excutiet Deus oẽm virꝝ, ꝗ nõ ſtabiliuerit ℣bũ iſtud. οὕτως ἐκτινάξαι. יְנַעֵר
In IIII. Coniug. הִתְנַעֵר excuſsit ſe. Inuenitur tantum ſemel, vt הִתְנַעֲרִי
Ieſ. 52. ℣. 2. Excute te à puluere, conſurge, ſede Ieruſalem. ἐκτίναξαι τὸν χοῦν.

Inde nomina.

נַעַר Iuuenis, puer qui eſt rudis & præcipitans in actionibus. Hinc νεαρός. נַעַר
Pſ. 37. ℣. 25. Iuuenis fui, etenim cõſenui, & non vidi iuſtum derelictum. νεώτερος. נַעַר
In reg. 1. Sa. 2. ℣. 13. & 15. Et veniebat puer ſacerdotis cũ adhuc coqueret. τὸ παιδάριον. נַעַר
In pauſ. Iud. 8. ℣. 20. Et non extraxit puer gladiũ ſuũ, quia timebat ꝙ puer ꝛc. νεώτερος. וְהַנַּעַר
Cũ affi. Iud. 19. ℣. 3. Et ſurrexit vir eiꝰ, ꝛc. & puer eius erat cum eo. καὶ τὸ παιδάριον αὐτοῦ. נְעָרִים
Et plur. Pſ. 148. ℣. 12. Senes cum iunioribus laudent nomen Domini. μετὰ νεωτέρων. נְעָרֶיךָ
Cum affi. leui. 1. Sam. 25. ℣. 8. Interroga pueros tuos & indicabunt tibi. οἱ ἐκτετιναγμένοι αὐτοῦ. נַעֲרֵיהֶם
Neh. 5. ℣. 15. Quin & pueri eorꝝ tyrãnidẽ exercuerũt in populũ. νεανίσκους. נַעֲרֵי
In re. Exp. 24. ℣. 4. Miſitq; iuuenes filiorꝝ Iſrael, ꝗ adduxerunt holocauſta.
נַעֲרָה Puella, Et in quinq; libris Moſe, ſcribitur ſine he, excepto vno loco, vt: הַנַּעֲרָה
Deu. 22. ℣. 19. Damnabũt eũ centũ ſiclis argẽti quos dabunt patri puellæ. τῆς νεάνιδος. הַנַּעַר
Ge. 24. ℣. 14. Et erit puella, ad quam dixero, inclina quæſo hydriã tuam ꝛc. ἡ παρθένος. נְעָרוֹת
Et plur. Eſther 2. ℣. 2. Quærent regi puellas virgines formoſas aſpectu. κοράσια. לְנַעֲרוֹתֶיהָ
Pro. 31. ℣. 12. Deditq; cibum familiæ ſuæ, & demenſum puellis ſuis. θεραπαίναις. נַעֲרוֹת
In reg. Eſther 4. ℣. 4. Et venerunt puellæ Eſther & eunuchi eius & indicauerunt. (αἱ ἅβραι.
נֹעַר Iuuentus, pueritia. Legitur tantum in ſtatu abſoluto. מִנֹּעַר
Pſ. 88. ℣. 16. Afflictus ego & expirans ſum à iuuẽtute, pertuli terrores tuos. ἐν κόποις.
Legitur præterea tantum Pro. 29. ℣. 21. Iob 36. ℣. 14.
נְעוּרִים Iuuentus, omnes dies iuuentutis. Legitur aliquoties & tantum pluraliter. הַנְּעוּרִים
Pſ. 127. ℣. 4. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij iuuentutis ſunt. τῶν ἐκτετιναγμένων. בִּנְעוּרָיו
Cum affix. Thren. 3. in ט. Bonum eſt viro, ſi ſuſtinuerit iugum in iuuentute ſua. ἐκ νεότητος αὐτοῦ. (νεότητι αὐτῶν. בִּנְעוּרֵיהֶם
Pſ. 144. ℣. 4. à fine. Vt filij noſtri ſint tanq; plantulæ, educati in iuuentute ſua. ἐν τῇ
נְעוּרוֹת Iuuentus, pueritia, & inuenitur tantum ſemel in Biblijs vſurpatum, vt: מִנְּעֻרֹתֵיהֶם
Cũ affi. Ier. 32. ℣. 30. Atq; faciẽtes malũ in oculis meis à iuuentute ſua. ἐκ νεότητος αὐτῶν.
נְעֹרֶת Stupa, Rabbi D. K. dicit illud eſſe, quod excutitur à lino. Bis reperitur. לִנְעֹרֶת
Ieſ. 1. ℣. vlt. Et erit fortis in ſtupam, & fabricator eius in ſcintillam. καλάμη στυππείου. הַנְּעֹרֶת
Iud. 16. ℣. 9. Et rupit fines iſtos, vt rumpi ſolet funiculus ſtupeus. στρέμμα στιππύου.

נָפַח Sufflauit, efflauit, inflauit, anhelauit, anhelus fuit, halitum emiſit, exhalauit &c. & propriè dicitur de flatu ſeu halitu qui ore egreditur inſtar vaporis ſeu fumi parui. Cognationem habet cum יָפַח efflauit verba, protulit verba flatu quodam & cum פּוּחַ reſpirauit, perflauit, quod de aura diei dicitur. Hinc per metath. literarꝝ πνέω, κάπνος anhelitus, πνέω, πνέω. i. flo, efflo, ſufflo, καταπνέω perflo, item per inuerſionem radicis κάπνος anhelitus, καπνίζω fumigo, καπνός fumus, nam halitus eſt ceu vapor & fumus ſubtilis.
In I. Coniug. נָפַח ſufflauit, Abſolutè vel cum עַל at cum ב inflauit.

Ierem.

Ier.15.℣.9.Languefacta eſt quę peꝑit ſeptem(filios)anhela fuit anima eius.ἀπεκάκησε. נָפְחָה
Ieſ.54.℣.16.Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in ignem carbonis. φυσῶν. נֹפֵחַ
Iob 41.℣.11.E narib.eiꝰ egredieť fumꝰ velut ab alieno ſufflato.i.ebulliẽte. καιομένης. נָפוּחַ
Ezech.22.℣.20. In medium fornacis ad ſufflandum ſuper illam ignem. ἐκφυσῆσαι. לָפַחַת
Et ca.37.℣.9.A quatuor plagis veni ô ſpiritꝰ et infla in interfectos iſtos.καὶ ἐμφύσησον. וּפְחִי
Ge.2.℣.7.Et inflauit in nares eius ſpiraculum vitæ,& factus eſt homo. καὶ ἐνεφύσησεν. וַיִּפַּח
Reperitur præterea tantum Ier.1.℣.13.Ezech.22.℣.21.Hagg.1.℣.9.

In II. Coniug.paſsiua. נֻפַּח ſufflatus eſt. Legitur tantum ſemel.
Iob 20.℣.26.Deuorabit eum ignis non ſufflatus.i.qui non follibus excitať. ἄκαυστον. נֻפָּח

In III. Coniug. הִפִּיחַ fecit ſufflare. Bis reperitur,vt
Iob 31.℣.pe.Si cultores eius feci ſufflare.i.ſi nimĳs operis eos feci anhelos.ἐλύπησα. הִפַּחְתִּי
Mal.1.℣.pe.Ecce quanta defatigatio:& ſufflaſtis illud.i.ꝯtẽptim affertis.καὶ ἐξεφύσησα. וְהִפַּחְתֶּם

Inde nomina.

מַפָּח Flatus,ſuſpirium,ſufflatus,ſufflatio.Legitur tantum ſemel,vt:
In reg.Iob 11.℣.vlt.Et ſpes eoꝝ eſt vt flatus animæ q.d.eſt ſpes vaniſsima. ἀπώλεια. מַפַּח

מַפֻּחַ Sufflatorium,follis quo ignis ſufflatur & excitatur. Semel reperitur, vt:
Ier.6.℣.pen.Combuſtus eſt follis ab igni, conſumptum eſt plumbum. φυσητήρ. מַפֻּחַ

נֹפֶךְ

Carbũculus,ſic & D.Hier.vertit,R.Dauid Kimhi in lib.radic.dicit eſſe lapidẽ ꝓcioſum,nigꝝ.Cognat:habet cum פּוּךְ fucus,quod videlicet ſit fuci coloris. 4. repitur.
Exo.28.℣.18.& ca.39.℣.11.Et ordo ſecundus eſt carbunculus, ſapphirus ꝛc. ἄνθραξ. נֹפֶךְ
Ezech.27.℣.16.Propter multitudinem opeꝝ tuorum in carbunculo ꝛc. στακτήν. בְּנֹפֶךְ
Et cap.28.℣.13.Et Iaſpis,ſapphirus,carbunculus,ſmaragdus & aurum ꝛc. נֹפֶךְ

נָפַל

Cecidit,incidit,concidit,ꝓſtratus eſt,corruit. Cognat:habet cum נָבֵל emarcuit,expalluit,viluit, nam quicquid cadit vigore ſuo minuiť & marceſcit, vt folia cadentia de arboribus,& milites q̄ cadunt in bello ꝛc. Hinc ꝑ aphæ:βάλλομαι abiĳcior,cado, βάλλω mitto aliquid vt cadat.i.abiĳcio, ꝓiĳcio,ἐμβάλλω immitto, & german: fallen.

In I. Coniug. נָפַל cecidit,corruit,lapſus eſt,verbum intranſitiuum.
Ioſ.21.℣.vlt.Non cecidit vel vnũ ℣bum de omni ℣bo bono q̄ locutus eſt. διέπεσε. נָפַל
Iob 14.℣.5.à fine.Attamen mõs corruẽs marceſcit,& petra cadit de loco ſuo.πίπτον. נוֹפֵל
Eſther 6.℣ſu penult. Non poteris ei præualeſcere,ſed cadendo cades ante conſpectum eius. πεσὼν πέσῃ. נָפוֹל
Pro.24.℣.17.In cadere inimicum tuum(.i.quando cadit inimicus tuus) ꝛc. ἐὰν πέσῃ. בִּנְפֹל
2.Sam.1.℣ſu 10. Et occidi eum , ſciebam enim quod non eſſet victurus poſtquam cecidit ipſe. μετὰ τὸ πεσεῖν αὐτόν. נִפְלוֹ
1.Sam.29.℣.3.A die cadere ipſum.i.à die quo defecit à Saule ꝛc. ἐνέπεσε πρός με. נָפְלוֹ
Oſe.10.℣.8.Et dicẽt ad mõtes,oꝑite nos,& ad colles,cadite ſuꝑ nos. πέσετε ἐφ' ἡμᾶς. נִפְלוּ
1.Par.21.℣.13. Et dixit Dauid ad Gad,angor mihi eſt vehemens,ἐμπεσοῦμαι , incidam nunc in manum Domini,quia multæ ſunt miſericordiæ eius,in manum autem hominis non cadam. ἐμπέσω. אֶפְּלָה אֶפֹּל
Ier.39.℣.vlt.Nam eripiendo eripiam te,& in(vel per)gladium non cades.οὐ μὴ πέσῃς. תִּפֹּל
Prouerb.11.℣.5.Iuſticia integri rectificabit viam eius,at per impietatem ſuam ipſius cadet impius. περιπίπτει. (ὥσπερ φύλλα. יִפֹּל
Et ℣ſu 14. Vbi non ſunt conſilia (ſeu gubernationes) corruet populus πίπτουσιν, יִפָּל־עָם

In III. Con. הִפִּיל fecit cadere, Sæpè præter accuſatiuum habet בְּ vel עַל:
Ieſ.34.℣.vlt.Et ipſe fecit eis cadere ſortes. Græci καὶ αὐτὸς ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς κλήρους. הִפִּיל
Ier.38.℣.28.Et dices ad eos:Proĳcio(.i.mitto)ego ꝓcationẽ meã corã rege ῥίπτω ἐγώ. מַפִּיל
1.Sam.18.℣.25.Et Saul cogitabat ꝓſternere Dauidem &c. Græc: ἐλογίσατο ἐμβαλεῖν. לְהַפִּיל
Num.5.℣.22. Et ad faciendum cadere femur tuum. Pro לְהַפִּיל & ſecundum literas. לִנְפּוֹל: καὶ διαπεσεῖν. לַנְפִּל
1.Sam.14.℣.45.Facite cadere inter me & Ionatham ſortem. Græci βάλλετε κλῆρον. הַפִּילוּ
Ier.3.℣.12:Nõ ꝯiĳciã vultus meos contra vos.i.nõ iraſcar vobis ꝑpetuo. οὐ μὴ στηρίσω. אַפִּיל
Ieſ.26.℣.antep.Et terrã gigantũ ꝓſternes.i.facies cadere ꝑ gladiũ gigantes. πεσεῖται. תַּפִּיל
Gen.2.℣.20.Et fecit cadere Dominus ſomnum ſuper Adam. Sept. καὶ ἐπέβαλε. וַיַּפֵּל

In IIII. Coniug. הִתְנַפֵּל proſtrauit ſeipſum, fecit ſeipſum procidere הִתְנַפַּלְתִּי
Deut.9.℣.26.Per quadraginta dies & 40.noctes quibus meipſum ꝓſtraui.ϗ ἐδεήθην.
Eſræ 10.℣ſu 1. Flens & proſternens ſe ante domum Dei,congregati ſunt ad eum ϗ וּמִתְנַפֵּל
προσευχόμενος. (ἐπιθέσθαι ἡμῖν. לְהִתְנַפֵּל
Ge.43.℣.18.Ad conuoluendum ſe ſuper nos,& ad faciendum ſe cadere ſuper nos. וָאֶתְנַפַּל
Deut.9.℣.26.Et feci me cadere ante Dominum 40. diebus & 40. noctibus. ἐδεήθην.

Inde nomina.

נֵפֶל Abortiuus fœtus,qui ante tempus ex vtero materno excidit mortuus. Ter. כְּנֵפֶל
Iob 3.℣.15.Aut tanqꝫ abortiuꝰ fœtus ꝗ abſconditur non extitiſſem. ὥσπερ ἔκτρωμα. נֵפֶל
In reg.Pſ.58.℣.9.Velut abortiuus mulieris ꝗ non conſpexit ſolem(ita ꝑibunt,)ἔπεσε. הַנֵּפֶל
In pauſa.Eccle.6.℣.3.De hoc ego ꝓnuncio,quod melior illo ſit abortiuus.ἔκτρωμα.
נְפִילִים Nephilim,gigantes homines magnæ ſtaturæ,& ſic appellati ſunt, quod illorum
timore ſeu tremore homines cadebant, vt aſſerit R. D. הַנְּפִילִים
Ge.6.℣.4.Gigantes erant in terra in diebus illis,etenim poſteaqꝫ filij Dei &c.γίγαντες הַנְּפִילִים
Num.13.℣.vlt.Et ibi vidimus Gigantes filios Anak è gigantibus. τοὺς γίγαντας.
מַפָּל Deciduum. Legitur tantum bis in ſacris Biblijs,vt: (mus.ἀπὸ πάσης πράσεως וּמַפַּל
In reg.Amos 8.℣.5.Et deciduum frumenti vendamus .i. quiſquilias ꝓ p̃cio venda- מַפְּלֵי
Et plu.in re.Iob 41.℣.14.Decidua carnis eiꝰ cohærent.i.partes carnis laxiores.ἀπώ-
(λεια.
מַפָּלָה Caſus,ruina. מַפָּלָה
Ieſ.17.℣.1.Ecce Damaſcus ſublata eſt ne ſit ciuitas,& erit aceruus ruinæ.εἰς πτῶσιν.
מַפֵּלָה Caſus,ruina. לְמַפָּלָה
Ieſ.23.℣.33. Diruerunt palatia eius,& redegit eam in ruinam. πέπτωκεν, לְמַפֵּלָה
Et ca.25.℣.2.Quia tu poſuiſti ciuitatem in aceruũ,vrbẽ munitã in ruinã. ὥστε μὴ πεσεῖν.
מַפֶּלֶת Ruina,caſus,item ponitur pro cadauere quod cecidit.i.mortuum eſt, vt: מַפֶּלֶת
In re.Iu.14.℣.8.Et receſſit ad videndũ cadauer leonis, et ecce examen apũ.τὸ πτῶμα. מַפַּלְתֵּךְ
Cũ affi.Eze.27.℣.26.Cadent in cor (.i.mediũ)maris in die ruinæ tuæ. τῆς πτώσεώς σου. בְּמַפַּלְתָּם
Pro.29.℣.16.Et iuſti in ruina illorum(impiorum)videbunt. ἐκείνων πιπτόντων.
Legitur præterea tantum Ezech.26.℣.15.18.cap.31.℣.13.16.cap.32.℣.10.

נִפְלַל

Corruit ſupplex,cecidit appellando. Eſt dictio compoſita ex נָפַל cecidit, & בָּלַל interpellauit,appellauit,atqꝫ breuitatis gratia contrahuntur literæ eædem, vel eſt tantum ex נָפַל per duplicationem lamedpoal.

In II. Con. נִפְלַל corruit ſupplicans. Legitur tautum ſemel,vt וְנִפְלַל
Ezech.28.℣.4.à fine.Et cadet ſupplicando vulneratus in medio eius.πεσοῦν) τετραυ-
(ματισμένοι.

נָפַץ

Diſſipatus eſt, diſperſus eſt, item colliſit diſſipando. Congruit ſignificatione cum פּוּץ diſſipatus eſt,& affinitate reſpicit ad פָּצָה diſſipauit os.i.diſtendit.Hinc per conuerſionem radicis diſſimulato Nun fit ſipo,diſſipo.

In I. Con. נָפַץ diſſipatus eſt,verbum neutrum, cum actõ fit actiuum. נָפַץ
1.Sa.13.℣.10.Quandoqdem vidi quod populus diſſiparet.i.dilaberet à me.διεσπάρη. נָפְצָה
Gen.9.℣.19.Tres ſunt filij Noe,& ab his diſperſa eſt omnis terra. διεσπάρησαν. נָפְצוּ
Ieſ.33.℣.3.Ab exaltatione tua diſſipatæ(vel diſperſæ)ſunt gentes.διεσπάρησαν τὰ ἔθνη. נָפוֹץ
Ier.22.℣.pe.An non truncus contemptus & diſſipatus eſt vir iſte Chonias.ἠτιμώθη. וְנָפוֹץ
Iu.7.℣.19.Et clãxerũt tubis,& diſſipãdo cados.i.diſpſerũt cados.ϗ ἐξετίναξαν τὰς ὑδρί-
Præter hos locos non reperiunt plures,in futuro vſurpat pro eo radix פּוּץ. (ας.

In II. Coniug. נִפֵּץ diſperſit,diſſipauit collidendo,aliquoties reperitur,vt
Pſalm.137.℣.vlt. Beatus qui apprehendet,diſſipabitqꝫ (allidendo) infantes tuos ad וְנִפֵּץ
petram. ϗ ἐδαφιεῖ.
Ier.13.℣.13.Et diſſipabo(.i.collidam)eos,quenqꝫ ad ꝓximum ſuum &c. ϗ διασκορπιῶ. וְנִפַּצְתִּים
Ieſaiæ 27.℣.9.Vt lapides ruderis diſſipatos(.i.colliſos) ita vt non reſurgant luci &c. מְנֻפָּצוֹת
κατακεκομμένους. נַפֵּץ
Dan.12.℣.7.Et cũ conſummauerit diſpergere manum populi ſancti. διασκορπισμόν. תְּנַפְּצֵם
Pſ.2.℣.9.Tanqꝫ vas figuli diſſipabis eos(cõfringendo collides eos)συντρίψεις αὐτούς. וְנִפֵּצוּ
Ier.48.℣.12.Et vaſa eius euacuabunt,& laguncula eorum diſpergent(collidendo)
Legitur præterea tantum Ier.31.℣.20.21.22.23. (συντρίψουσι.

Inde nomina.

נֶפֶץ Diſsipatio, colliſio, contritio. Legitur tantum ſemel in Biblijs, vt: . (ραυνώσει.
Ieſ. 30. ℣. 4. à fine. Cum ſæuitia vultus, & flãma ignis deuorantis, cũ diſsipatione. κε- נֶפֶץ
מַפָּץ Malleus quo aliquid diſsipatur & colliditur. (λοθρεύσεως.
Cum affi. Ezech. 9. ℣. 2. Et quiſq; inſtrumentum mallei ſui in manu ſua habeat. ἐξο- מַפָּצוֹ
מַפֵּץ Malleus diſperſionis, quo aliquid conquaſſatur. Extat ſaltem vno in loco.
Ier. 51. ℣. 20. Malleus tu mihi es, & inſtrumenta bellica, & collidã per te gentes. δια- מַפֵּץ
(σκορπίζεις.

נָפַשׁ Animatus eſt reſpirando, reſpirauit, recreatus eſt, animo refrigeratus eſt, vt cum attrahitur ſpiritus placidè & recuperatur ſeu vegetatur anima. Cognationem habet cum נָשַׁף afflauit. Hinc per aphæreſin ψύχω, ἀναψύχω, ψυχόω animo, viuifico, recreo. Et fortaſſe φυσιόω anhelo, φύσις natura quod tamen & ab alijs deducitur.

In I. Coniug, paſsiua. נִפַּשׁ animatus eſt reſpirando. Legitur tantum ter.
Exo. 23. ℣. 12. Et refrigerabitur (.i. reſpirabit) filius ancillæ tuæ. Sept. ἵνα ἀναψύξῃ. וְיִנָּפֵשׁ
Et cap. 31. ℣. pen. Et die ſeptimo ceſſauit, & recreatus eſt .i. reſpirauit. ϗ κατέπαυσε. וַיִּנָּפַשׁ
2. Sam. 16. ℣. 14. Et venit rex, & vniuerſꝰ populꝰ ꝛc. & reſpirauit ibi. ϗ ἀνέψυξαν ἐκεῖ. וַיִּנָּפֵשׁ

נֶפֶשׁ Inde nomen.

Anima, anhelitus, ſpiritus vitalis, pars nobilior qua homo viuit, alitur, ſentit aut ratiocinatur, & hæc omnia brutis ſunt communia nobiſcum præter rationem, Item ꝓ vita animali ſeu vegetatiua quæ conſtat anhelitu & ſpiratione. Ideoq; ſæpe accipitur pro corpore in quo eſt anima ſeu halitus. Deinde per Catachreſin pro corpore exanimi, in quo fuit halitus licet iam emiſſus. Eſt nomen fœmininum.

Gen. 1. ℣. pen. Et omni reptanti in quo eſt anima viua. ψυχὴν ζωῆς נֶפֶשׁ
Exo. 21. ℣. 23. Et dabis animam pro anima .i. vitam pro vita. ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. נֶפֶשׁ
In reg. Ezec. 18. ℣. 4. Vt anima patris, ſic anima filij, meæ ſunt. ἡ ψυχὴ τοῦ πατρὸς. כְּנֶפֶשׁ
Leuit. 17. ℣. antep. Nam anima omnis carnis, ſanguis eius eſt, anima eius eſt .i. pro
anima. ψυχὴ πάσης σαρκὸς. (animam. ἀντὶ ψυχῆ. נֶפֶשׁ
In pauſa. Num. 5. ℣. 2. Præcipe filijs Iſrael vt eijciant &c. omnem contaminatum ad לָנָפֶשׁ
Ieſ. 19. ℣. 10. Omnes qui faciunt pro mercede ſtagna animæ, i. viuaria. ψυχὰς πιέσασι. נָפֶשׁ
Cum affi. Pſ. 42. ℣. 5. Hæc recordabor, & effundã ſuꝑ me animã meã. τὴν ψυχὴν μου. נַפְשִׁי
Gen. 9. ℣. 4. Veruntamen carnem cum anima ſua (.i. ſanguine ſuo) non comedes. נַפְשׁוֹ
Et plur. Pro. 11. ℣ pen. Et ſuſcipiens animas is eſt ſapiens. ἀναιροῦνται ψυχαὶ. נְפָשׁוֹת
Exod. 12. ℣. 4 Iuxta numerum animarum, ſecundum quod quilibet edere poteſt. נְפָשֹׁת
In reg. Pſ. 72. ℣. 13. Parcet inopi & egeno, ac animas egenorum ſaluabit. ϗ ψυχὰς. נַפְשׁוֹת
Gen. 36. ℣. 6. Et tulit Eſau vxores ſuas ꝛc. & oẽs animas domus ſuæ. πάντα τὰ σώματα. נַפְשׁוֹת
Cum affix. Prouerb. 1. ℣. 28. Et hi ſanguini eorum inſidiantur, & abſcondunt animabus eorum. ἑαυτοῖς. (ὑμῶν. לְנַפְשֹׁתָם
נְפָשִׁים Leu. 16. ℣. 29. Affligetis animas veſtras (ieiunijs) nec vllum opus facietis. τὰς ψυχὰς נַפְשֹׁתֵיכֶם
Animæ, in hac terminatione legitur tantum ſemel, vt
Eze. 13. ℣. 5. à fine. Et dimittã animas quas vos venanimi, anĩas aduolãtes. τὰς ψυχὰς נְפָשִׁים

נֶפֶת Regio, clima. D. Hier. putat eſſe proprium nomen regionis ſic dictæ Næpheth: ſi eſt appellatiuum, habet cognationem cum נוּף; Semel reperitur.
נָפֶת In pauſa. Ioſ. 17. ℣. 11. Et habitantes Megiddo, & viculos eius, tres regiones. ναφεθὰ. הַנָּפֶת
Regio, clima. Semel tantum habetur, vt
Ioſ. 12. ℣. antep. Rex Dor de regione Dor vnius. Hier. prouinciæ Dor vnus. נָפַת

נָצָא Volauit, euolauit remigando alis, idem quod נָצָה. Cognationem habet cum יָצָא egreſſus eſt, nam per metaphoram dicuntur & homines volare, quando feſtinant ambulando & procedendo.

In I. Coniug. נָצָא volauit, euolauit. Legitur tantum ſemel, vt
Ier. 48. ℣. 9. Date alã ipſi Moab, vt auolãdo egrediat̃, & ciuitates ꝛc. ἁφῇ ἀναφθήσεται. נָצָא

נְצִיב Statua, ſtatio, præſidium, item per tranſlationem ponitur pro præfecto & antiſtite. Cognationem habet cum יָצַב ſtetit, conſtituit.

1. Reg. 4.

וּנְצִיב

1.Reg.4.℣.19.Et ſtatio vna erat in terra.i.præfectura vna erat in terra. נְצִיב
In reg.1.Sam.13.℣.3.Et percuſsit Ionathan ſtationem Philiſteorum. τὸν νασίφ. נְצִיב
Gen.19.℣.26.Et reſpexit vxor eius poſt ipſum, & facta eſt ſtatua ſalis. στήλη ἁλός. נְצִיבִים
Et plur.2.Sa.8.℣.6.Et poſuit Dauid ſtatiões in Syria.i.præfecturas. φρουρὰν ἐν συρίᾳ. נְצִיבִים
2.Sam.8.℣.14.Et poſuit in Aedõ præfectos, per totã Aedõ poſuit profectos. φρουράς נְצִיבֵי
In reg.1.Sam.10.℣.5.Poſtea venies ad collẽ Dei, vbi ſunt ſtationes Philiſtæorũ. νασείς.
Legitur præterea tantum 1.Paral.11.℣.16.& cap.18.℣.13 Et 2.Par.17.℣.1.

נְצַב Præfectus, antiſtes qui alicuius vicem præſtat, de hoc vide יָצַב:
מַצָּב & מַצָּבָה מַצֵּבָה item מַצֶּבֶת ſtatio, de his omnibus vide יָצַב:

נָצָה

Volauit, auolauit, obuolauit, inuolauit, interuolauit, obuolando certauit, quemadmodum duo galli inuolando inter ſe dimicant, percutientes ſe mutuis alis. Ita ſignificat inter ſe conſerere manus. Idem eſt quod נָצָא: Cognationem habet cum יָצָא exiuit, nam euolare eſt egredi. Hinc niſus, νίσσομαι celeriter eo, verſor, σείω concutio, moueo, σεισμὸς terræmotus.

In I. Coniug. נָצָה auolauit, feſtinanter ſe abripuit. Bis legitur, vt: נָצוּ
Thren.4.℣.15.Ne attingatis quia euolauerunt, atq; fugerunt. ὅτι ἀνήφθησαν. תֵּצֶינָה
Ier.4.℣.7.Ciuitates tuæ auolabũt.i.ciues vrbiũ tuãrum auferentur. καθαιρεθήσονται.

In voce paſsiua. נִצָּה implicitus eſt inuolando in aliquem.i. rixatus eſt. Sexi: נִצִּים
2.Re.19.Ieſ.37.℣.26.ad deuaſtãdũ ĩ aceruos ciuitates ĩplicitos munitas. ἐξερημῶσαι.
Exod.2.℣.13. Et ecce duo viri Ebræi impliciti erant.i.inuolantes inuicẽ pugnabãt. נִצִּים
διαπληκτιζομένους. (ἐὰν δὲ μάχωνται. יִנָּצוּ
Et cap.21.℣.22.Et ſi impliciti (.i.rixati) fuerint viri, & conſternauerint mulierem.
2.Sam.14.℣.8.Et ancillæ tuæ fuerunt duo filij, & impliciti ſunt ambo illi (pugnis) וַיִּנָּצוּ
καὶ ἐμαχέσαντο. (ἐμαχέσαντο וַיִּנָּצוּ
Leuit.24.℣.10.Et impliciti ſunt (.i. conſeruerunt inter ſe manus) filius Iſraelitidis.
Deut.25.℣.11.Si impliciti fuerint homines inter ſe.i.ſi inuolauerint homines inuicẽ. יִנָּצוּ
ἐὰν δὲ μάχωνται.

In III. Coniug. הִצָּה fecit inuolare, inuolauit alicui in capillum. Ter legitur. הִצּוּ
Num.26.℣.9.Is eſt Dathan & Abiram nobiles in cœtu, qui inuolauerunt aduerſus Moſen, & aduerſus Aharonẽ, in cœtu Corah, cũm inuolarẽt ipſi aduerſus Dominum. ἐπισυστάντες. בְּהַצֹּתָם בְּהַצּוֹתוֹ
Pſ.60.℣.2.Dũ inuolaret (.i.bellũ gereret) contra eã partem Syriæ &c. ὁπότε ἐνεπύρισε.

Inde nomina.

נוֹצָה Pluma, pẽna, quibus aues vtũtur in volando. Eſt nomen collectiu: 4. legitur. נוֹצָה
Eze.17.℣.3.Aquila magna magna alis, longa remigijs, plena pennis. πλήρης ὀνύχων.
Et ℣.7. Rurſus erat aquila quædam grãdis, magnis alis, & multas habens plumas. נוֹצָה
πολλοῖς ὄνυξιν. וְנֹצָה
Iob.39.℣.13.Ala pauonum iactatur, quòd penna gratioſa & pluma ei eſt. καὶ νέοσσα.
Cum affi.Leuit.1.℣.16.Et auferet veſiculam eius, vnà cum pluma (vel plumis) eius. בְּנֹצָתָהּ
(σὺν τοῖς πτεροῖς.

נֵץ Niſus à plumis nomen habet. Hieronymus vocat eum accipitrem. Bis leg. vt: וְאֶת־הַנֵּץ
Leuit 11.℣.16.Deut.14.℣.15.Struthionem & Harpyam & cuculum & niſum. נֵץ
Iob.39.℣.26.Nunquid ex tua intelligentia remigabit Niſus (vel accipiter. ἱέραξ.

מַצָּה Inuolatio, contentio, rixa, certamen, quemadmodum aues inter ſe certant alas cõcutiendo. (καὶ μάχας.
Ieſa.58.℣.4. Ecce ad litem & contentionẽ ieiunabitis, & ad percutiẽdũ pugno &c. וּמַצָּה
Pro.13.℣.10.Tantummodo per arrogantiam dabit (aliquis) contentionem, at cum conſultis &c. (χαίρει μάχαις. מַצָּה
Et ca.17.℣.19.Qui diligit præuaricationẽ, diligit rixam, & qui oſtiũ ſuũ exaltat &c. מַצָּה

מַצּוּת Contentio, rixa, certatio, vt ſi quis manus in alterum violenter inijcit. Semel. מַצֻּתֶךָ
Cum affi. Ieſa.41.℣.12.Viri rixæ tuæ παροινήσουσιν εἰς σὲ erunt ſicut nihilum.

נָצַח

Continuauit acriter, inſtitit iugiter, vrſit indeſinenter vſq; ad finem operis. Germanicè **antreiben/anhalten/** Eſt enim ſedulo incumbere alicui rei, illamq; gnauiter cõtinuare ſine mora interpoſita, & tribuitur multis rebus atq; pro illarum proprietate variè à latinis redditur, vt pro vincere, ſuperare, roborare, fortificare, quæ omnia in hac generali ſignificatione continuandi, ſeu vrgendi comprehenduntur. Cognationem habet cum נָחַץ celerauit, nam continuare & vrgere eſt impellere vt celeriter et continuo abſoluatur opus, vnde & ab hac radice poteſt eſſe verbum ὀξυώω & ὀξυώομαι acuo, ὀξύς acutus, velox, acer, ὀξύτης acrimonia, celeritas cito penetrans ac perrumpens. Hinc pernix.

In I. Coniug. paſsiua. נִצַּח continuatus eſt. Legitur tantum ſemel, vt: (ἀναιδῆ.
Ier. 8. ℣. 5. Quare auertit ſe populus iſte Ieruſalem auerſione continuata .i. continua. נִצַּחַת

In II. Coniug. נִצַּח continuauit, vrſit aſsiduè. In frequentiori vſu eſt.
Pſalm. 4. ℣. 1. Coutinuanti in canticis Pſalmus Dauidis .i. hic Pſalmus exhibitus eſt præfecto cantorum qui continuabat & vrgebat vt is aſsiduè ſuo tempore & ordine decantaretur. εἰς τὸ τέλος. לַמְנַצֵּחַ
2. Par. 1. ℣. 2. Et (numerauit) vrgentes (.i. præfectos) ſuper eos 3600. viros. οἱ ἐπιστάται. מְנַצְּחִים
Et cap. 34. ℣. 14. Et ſup baiulos, & continuatores .i. q vrgebant &c. ἐπὶ τῶν νωτοφόρων. וּמְנַצְּחִים
1. Par. 15. ℣. 20. In citharis ſuper octaua ad contiuandum .i. ad incitandum. לְנַצֵּחַ
2. Par. 34. ℣. 12. Et Meſullam de filijs Cahathim ad vrgendũ (opus ædificij) ἐπισκοπεῖν לְנַצֵּחַ
Eſræ 3. ℣. 8. Et conſtituerunt Leuitas &c. ad continuandum opus ædis Dñi. νικοποιεῖν. לְנַצֵּחַ
Et ℣. 9. Et ſtetit Ieſua, & filius eius &c. ad vrgendum ſuper factorem operis &c. לְנַצֵּחַ
Legitur præterea in titulis Pſalmorum quinquaginta ſex, item Hab. 1. in fine cap. 3.

Inde nomina.

נֵצַח Continuitas ꝯtinuatio, aſsiduitas, item pro potentia ſeu fortitudine cõtinuante.
Pſalm. 49. ℣. 20. Veniet ad generationem patrum ſuorum, ad continuitatem non videbunt lumen. ἕως αἰῶνος. (καὶ ἡ νίκη. נֵצַח
1. Para. 29. ℣. 11. Tibi Domine magnificentia & fortitudo & decus, & continuatio. וְהַנֵּצַח
In reg. 1. Sam. 15. ℣. 29. Et continuitas Iſraelis non mentietur .i. fortitudo Iſraelis. נֵצַח
Ieſ. 34. ℣. 10. Ad continuationem continuationũ nõ erit tranſiens p̃ eã. εἰς χρόνον πολὺν נֵצַח

נֶצַח Continuatio, continuitas, perpetuitas, aſsiduitas.
Ier. 15. ℣. 4. à fine. Quare fuit dolor meus continuatio .i. continuus vel aſsiduus. נֶצַח
Pſ. 9. ℣. antep. Quia non in continuatione (.i. perpetuũ) obliuio erit inopis. εἰς τέλος. לָנֶצַח
In pauſa nihil mutat. Pſ. 13. ℣. 2. Quouſq; Dñe obliuiſceris mei continuo? εἰς τέλος. נָצַח
Cum affi. Thren. 3. ℣. 18. Perijt continuatio mea, & expectatio mea à Dño. νῖκος μου. נִצְחִי
Ieſ. 63. ℣. 3. Et aſpergetꝰ continuatio (.i. ſanguis cõtinuãs mẽbra) eorũ &c. τὸ αἷμα αὐτῶν. נִצְחָם
Et ℣. 5. Et deducam ad terram continuationẽ .i. ſanguinẽ eorũ &c. τὸ αἷμα αὐτῶν. נִצְחָם

נָצַל

Liberatus eſt, ereptus eſt ſaluus & incolumis. Cognationem habet cum צָלַח .i. proſperatus eſt, bene ſucceſsit. Interpretes ſæpe hanc radicem verterunt per verbum ἐξελεῖν .i. extrahere, & aliquando per σκυλεύω .i. ſpolio.

In I. Con. paſsiua. נִצַּל liberatus eſt, ereptus eſt, In creberrimo vſu eſt.
Ie. 7. ℣. 10. Et dicitis, liberati ſumꝰ, etiamſi cuncta hæc abominãda fecimꝰ. ἀπεσχήμεθα. נִצַּלְנוּ
Ieſ. 20. ℣. vlt. Ad liberari .i. vt liberaremur à facie regis Aſſyrij. σωθῆναι. לְהִנָּצֵל
Pro. 6. ℣. 3. Fac igitꝰ alicubi fili mi, & liberare, ſi veniſti in manũ ꝓximi tui. καὶ σῶζε. הִנָּצֵל
Pſ. 69. ℣. 15. Eripe me à luto, ne demergar, eripiar de his qui oderunt me. ῥυσθείην. אִנָּצְלָה
Gen. 32. ℣. antep. Vidi Dominum facie ad faciem, & erepta eſt anima mea. καὶ ἐσώθη. וַתִּנָּצֵל
תּוֹלָל Cumulator qui aliquem cumulat & redigit velut in aceruum deſolatum, vel qui alicui accumulat moleſtias & afflictiones. Semel tantum legitur.

Plur. cum affix. Pſ. 137. ℣. 3. Et cumulatores (.i. deuaſtatores) noſtri à nobis læticiam (petierunt, quod nobis impoſsibile eſt in terra captiuitatis noſtræ) ἐκρεμάσαμεν. וְתוֹלָלֵינוּ

תֵּל Tumulus, colliculus, aceruus, cumulus, altus & elatus in ſuperficie terræ.

In re. Ier. 49. ℣. 2. Et erit ĩ tumulũ deſolatiõis, & filię eius igne comburent. εἰς ἄβατον. לְתֵל

Ezech. 3. ℣. 15. Et veni ad captiuos ad cumulum pubertatis. μετέωρος. תֵּל

Cum affi. Ier. 30. ℣. 18. Et ædificabitur ciuitas ſuper tumulum eius. ἐπὶ τὸ ὕψος αὐτῆς. תִּלָּהּ

Ioſ. 11. ℣. 13. Verũtamẽ oẽs vrbes quæ ſtabãt ĩ tũulis ſuis nõ cõbuſsit. κεχωματισμένας. תִּלָּם

Legitur præterea tantum Deut. 13. ℣. 17. Ioſ. 8. ℣. 28. Eſræ 2. ℣. 58. Neh. 7. ℣. 61.

תַּלְתַּלִּים Valde cumuloſi, vt ſunt capilli criſpi. Semel tantum reperitur.

Can. 5. ℣. 11. Cincinni eius ſunt cumuloſi (.i. criſpi) nigri vt coruus. ἐλάται μέλανες. תַּלְתַּלִּים

תֶּלֶם Tumulus ſeu porca agri, thalamus in agro, area, areola quæ eſt præparata & ſtrata quemadmodum thalamus lecti. Hinc θάλαμος, θαλάμη thalamus, θαλαμεύω in thalamo verſor. Legitur quinquies in Biblijs, vt,

Iob 39. ℣. 10. Num ligabis vnicornem in thalamo (.i. area) fune ſuo? תֶּלֶם

Et plur. cum affi. Iob 31. ℣. antep. Et pariter thalami (.i. ſulci) eius lachrymabuntur. תְּלָמֶיהָ

Pſ. 65. ℣. 11. Sulcos eius inebria, deduc thalamos (.i. areolas ſeu porcas) eius. αὔλακας. תְּלָמֶיהָ

In re. Oſe. 10. ℣. 4. Germinabitq; ceu abſynthiũ iudiciũ ſup thalamis agro: ἐπὶ χέρσον. תַּלְמֵי

Et cap. 12. ℣. antep. Atq; altaria eorũ vt acerui ſunt ſup thalamis agri. ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ. תַּלְמֵי

תָּלַע Rubricauit, luteum colorem confecit inſtar vermiculi qui ex cocco naſcitur, & vnde conficitur color coccineus .i. luteus. Hinc per metatheſin literarum luteus, a, um, luteolum, & luteolæ ſunt violæ purpureæ repræſentantes colorem coccineum.

In II. Coniug. תִּלַּע rubricauit. Semel tantum reperitur.

Nah. 2. ℣. 3. Viri belli rubricati ſũt (.i. purpurati vel induti ſũt ſunt coccineis veſtib.) מְתֻלָּעִים

Inde nomina.

תּוֹלָע Vermiculus rubeus ſeu purpureus ꝗ ex cocco ſeu grano naſcitur, vnde fit materia purpurei coloris. Nam eſt frutex quidam cui adhærent grana tincturis vtilia, ideoq; pro purpura & cocco ſæpe vſurpatur, quo genere veſtium reges olim vtebantur, & in cultu leuitico eius creberrimus fuit vſus. (ὡς κόκκινον.

Ieſa. 1. ℣. 18. Si (peccata veſtra) rubuerint vt vermiculus (ſeu coccus) inſtar lanæ &c. כַּתּוֹלָע

Thre. 4. ℣. 5. Educati ſuꝑ cocco (aut purpura) amplexati ſunt ſtercora. ἐπὶ κόκκου. תּוֹלָע

Et plur. Exo. 16. ℣. 20. Et eleuauit (ſeu produxit) vermes & computruit. תּוֹלָעִים

תּוֹלֵעָה Vermiculus coccineus & purpureus. Bis tantum reperitur.

Iob 25. ℣. vlt. Quando minus homo qui eſt putredo & filius hoĩs ꝗ eſt vermiculus. תּוֹלֵעָה

Ieſ. 14. ℣. 12. Subter te ſternetur tinea, & operiet te vermiculus. תּוֹלֵעָה

תּוֹלַעַת Vermiculus coccineus purpurei coloris, & quando additur שָׁנִי ſemper ſignifi: coccum bis tinctũ, qui color aliquãto eſt nigrior & nõ ita lucidꝰ vt ſemel tinctus.

Pſ. 22. ℣. 7. At ego ſum vermis & non vir, opprobrium hominis &c. תּוֹלַעַת

Ionæ 4. ℣. 7. Et præparauit Deus vermiculum, quum aſcenderet aurora. תּוֹלַעַת

In pauſa. Deut. 28. ℣. 39. Vinum non bibes neq; colliges, quia comedet illud ver: הַתֹּלָעַת

Cum affi. Ieſ. 66. vlt. Nam vermis eorum non morietur, & ignis eorum &c. תּוֹלַעְתָּם

In reg. cum שָׁנִי. Exo. 25. ℣. 4. Et hyacinthum, purpuram coccumq; bis tinctum. וְתוֹלַעַת

Exo. 26. ℣. 1. Tabernaculum facies &c. de byſſo torta, hyacintho purpura bis tincta. וְתֹלַעַת

Leuit. 14. ℣. 4. Et lignum cedrinum, & coccinum bis tinctum & hyſſopum. תֹלַעַת

Et hoc ſæpiſsime legitur tantum in Exodo & Leuitico.

מְתַלְּעוֹת Dentes molares, ꝗ attenuant & comminuunt cibum, ſuntq; lutei coloris inſtar purpuræ. Ideoq; componit᷑ ex תּוֹלָע vermiculus luteus ſiue purpureus, & ex לָתַע comminuit dentibus, & per ſynæreſin facta eſt contractio literaꝶ, & eſt forma participij Secundæ Coniugationis. Hinc eſt græcum per conuerſionẽ radicis ἐλαττόω, ἐλασσόω minuo, comminuo, ἐλάττων, ἐλάσσων minor &c.

Iob 29 ℣. 17. Et confregi molares iniqui, & è dentibus eius extraxi prædam. מְתַלְּעוֹת

Ioel. 1. ℣. 6. Dentes eius ſunt dentes catulorum & molares leonis ſunt ei. וּמְתַלְּעוֹת

Cum affi. Pro. 30. ℣. 14. Molares eius ad comedendum pauperes de terra. מְתַלְּעֹתָיו

תַּלְפִּיּוֹת

Suſpenſiones gladiorum, vbi arma ſuſpenduntur. Compoſitum eſt ex תָּלָה ſuſpendit & פִּיּוֹת .i. acies gladiorum, ora enſium, Et hanc compoſitionem ſequens textus explicat, nam ſemel tantum habetur, & ſic ſcribitur.

Can. 4. ℣. 4. Vt turris Dauidis eſt collum tuum, ædificata ad ſuſpenſiones gladioꝶ, ex qua (turri) mille clypei ſuſpenſi ſunt, omnia ſcuta heroum. לְתַלְפִּיּוֹת

תֵּמָא Thema regio, de hoc vide תֵּימָא.

תָּמִיד

Continuus, iugis, frequens, ſempiternus, & aduerbialiter ſemper. Cognationem habet cum עָמַד ſtetit. Hinc θαμίζω frequento, θαμά, θαμινά frequenter, θαμιος, θαμμής frequens.

Hab. 1. ℣. vlt. Et continuus ad interficiendum gentes, & non parcet. διαπαντός. וְתָמִיד

Num. 4. ℣. 7. Et panis continuus (vel quotidianus) ſuper ea (menſa) erit. διαπαντός. הַתָּמִיד

Dan. 8. ℣. 11. Et ab eo ſublatum eſt iuge .i. ſacrificium iuge & quotidianum. הַתָּמִיד

Pſ. 16. ℣. 8. Poſui Dñm coram me ſemꝑ, q̃a à dextera mea eſt, nõ mouebor. διαπαντός. תָמִיד

Pſ. 25. ℣. 15. Oculi mei ſemꝑ ad Dñm, q̃a ipſe educet è laqueo pedes &c. διαπαντός. תָּמִיד

Itẽ Exo. 28. ℣. 30. 31. 39. Leu. 6. ℣. 6. 13. c. 24. ℣. 2. 4. 8. Ieſ. 21. ℣. 8. c. 52. ℣. 5. Hab. 1. ℣. 17. &c.

תָּמַהּ

Miratus eſt cum ſtupore, admiratus eſt, demiratus eſt, obſtupuit. Cognationem habet cum תָּמַם תָּמָה & הוּם tumultuatus eſt. Hinc θαυμάζω, θαυμάζομαι, θαυμαίνω, ἐπιθαυμάζω miror, admiror, θαυμαστός, θαυμάσιος, θαυμαιὸς mirus, admirabilis, θαῦμα miraculum.

In I. Con. תָּמַהּ admiratus eſt cum ſtupore. Legitur tantum in ſequen: locis.

Pſ. 48. ℣. 6. Ipſi viderunt, ſic admirati ſunt, exterriti ſunt pariter. ἐθαύμασαν. תָּמָהוּ

Ieſ.29.℣.9.Hab.1.℣.5.Remoramini & admiramini, facite vos circumſpectare &c. וּתְמָהוּ
Eccle.5.℣.7.Si iniuriam pauperis & rapinam iudicij videris &c.ne mireris. תִּתְמַהּ
Iob 26.℣.11.Columnæ cœli concutientur, & obſtupeſcent ab illius increpatione. וְיִתְמְהוּ
Gen.43.℣.pen.Et admirati ſunt viri illi quiſq; ad proximum ſuum. וַיִּתְמְהוּ
Ieſ.13.℣.8.Vnuſquiſq; ad ſocium ſuum admirabuntur.i.obſtupeſcent. יִתְמָהוּ
Ier.4.℣.9.Et deſolabuntur ſacerdotes, & prophetæ admirabuntur. יִתְמָהוּ

In IIII. הִתַּמַּהּ fecit ſe demirari, obſtupuit. Semel reperitur.

Hab.1.℣.5.Videte in gentibus & aſpicite, admiramini & obſtupeſcite. וְהִתַּמְּהוּ

Inde nomen.

תִּמָּהוֹן Admiratio, demiratio, ſtupor. Bis reperitur in Biblijs ſacris, vt:
Zach.12.℣.4.Percutiam omnem equum ſtupore, & eum qui ei inſidet, veſania. תִּמָּהוֹן
In reg.Deut.28.Percutiet te Dominus amentia & cæcitate & ſtupore mentis. וּבְתִמְהוֹן

תַּמּוּז Thammuz nomen idoli, Hier.putat Adonidem amaſium Veneris fuiſſe.
Ezech.8.℣.14.Et ecce ſedebant ibi mulieres plangentes Thammus. הַתַּמּוּז
Eſt quoq; nomen menſi quarti, qui in Iunium ex parte incidit.

תָּמַךְ Tenuit, ſuſtinuit, ſuſtentauit. Cognationem habet cum סָמַךְ fulciuit. Thau enim ſine dages vergit pauliſper ad ſonum Samech. Hinc per inuerſionem radicis καμάσσω vibro, quatio, κάματος labor.

In I. Coniug. תָּמַךְ tenuit, ſuſtinuit, cum בְּ constructum ſignificat in aliquem manus validè conijcere ſuſtentandi gratia, manibus aliquid comprehendere.

Pſ.41.℣.pen.Ego autem in integritate mea (vt ambulem) ſuſtentaſti me. תָּמַכְתָּ
Ieſ.41.℣.10.Etiam tenui (vel ſuſtentaui) te dextera iuſticiæ meæ. תְּמַכְתִּיךָ
Amos 1.℣.8.Et excindam ſedentem de Aſdod, & ſuſtinentem virgam &c. וְתוֹמֵךְ
Pſ.16.℣.5.Tu ſuſtentas ſortem meam (hirek magnum ponitur pro zere cognato) תּוֹמִיךְ
Ieſ.33.℣.15.Qui excutit manus ſuas à tenendo (.i.ne capiat) manus. מִתְּמֹךְ
Pſ.17.℣.5.Suſtenta greſſus meos in orbitis tuis vt non moueantur veſtigia mea. תָּמֹךְ
Ieſ.42.℣.1.Ecce ſeruus meus, ſuſtinebo eum.i.ſuffulciam eum. אֶתְמָךְ־בּוֹ
Pro.29.℣.22.Et humilis ſpiritu tenebit (.i.apprehendet) gloriam. יִתְמֹךְ
Et Gen.48.℣.17.Exo.17.℣.12.Iob 36.℣.17.Pſ.63.℣.9.Pro.3.℣.18.cap.4.℣.4.ca.5.℣.5.cap.11.℣.16.cap.28.℣.17.cap.31.℣.16.Amos 1.℣.5.&c.

In voce paſsiua. נִתְמַךְ ſuſtentatus eſt. Semel tantum legitur.

Pro.5.℣.pen.Et funibus peccati ſui comprehendetur (.i.irretietur impius) יִתָּמֵךְ

תְּמוֹל Heri, heſternus dies. Cognationem habet cum מוּל.i.è regione, ſignificat reſpectum loci, & heri reſpectum diei vel temporis affert. Aliquoties legitur, & plerunq; vſurpatur cum שִׁלְשֹׁם .i. nudiuſtertius.

Ruth 2.℣.12.Et quod conceſſeris ad populum quem non nouiſti heri &c. תְּמוֹל
2.Sam.15.℣.20.Heri veniſti, & hodie mouerem (.i.excitarem) te ad proficiſcendum. תְּמוֹל
Gen.31.℣.2.Et ecce non erat ipſe cum eo quemadmodum heri & nudiuſtertius. כִּתְמוֹל
Exo.21.℣.29.Et ſi bos fuerit cornupeta ab heri & nudiuſtertius. מִתְּמֹל

אֶתְמוֹל Heri, heſternus dies. Aliquando ponitur ſchurec pro holem.

Pſ.90.℣.4.Quia mille anni in oculis tuis ſunt vt dies heſternus. אֶתְמוֹל
1.Sam.19.℣.7.Et introduxit Dauidem ad Saulem, vt eſſet coram eo ſicut heri. כְּאֶתְמוֹל
Ieſ.30.℣.vlt.Quia præparata eſt ab heri (.i.iam olim) Tophthe. מֵאֶתְמוֹל
Michæ 2.℣.8.Et heri populus meus in hoſtem conſtitutus eſt. וְאֶתְמוֹל
Legitur præterea tantum.1.Sam.4.℣.7.cap.14.℣.21.Mich.2.℣.8.& 2.Sam.5.℣.2.

אִתְמוֹל Heri, heſternus dies, Componitur ex אֵת & תְּמוֹל. Legitur ſemel.

1.Sam.10.℣.11.Et factum eſt vt omnis cognoſcens eum ab heri & nudiuſtertius. מֵאִתְּמוֹל

תָּמַם Integrè conſummatus eſt, perfectus eſt omnibus modis, & quando in malam partem accipitur, ſignificat integrè & perfectè conſumi vel abſumi, Idem eſt quod תַּם & cognationem habet cum תָּאַם geminus fuit de integro. Hinc ἔτυμος.i.verus, integer, perfectus, ἔτυμον veritas, integritas, ἐτύμως verè.

In I. Con. תַּם conſūmatus eſt, conſumptus eſt, & cū actiō conſumāre, conſumere.
Gen. 47. ℣. 18. Non celabimus hoc Dñm meum, quod conſumptū eſt argentum. תַּם
Leuit. 26. ℣. 20. Et conſumetur in vacuum virtus veſtra &c. וְתַם
Deut 2. ℣. 17. Et factum eſt quum conſumpti eſſent omnes viri bellicoſi &c. תַּמּוּ
Et Mem ſine dages. Num. 17. ℣. vlt. Nunquid conſumpti ſumus ad expirandum. תַּמְנוּ
In pauſa. Thren. 3. in Heth. Pietas Dei (ſunt cauſa) quod non ſumus conſumpti. תָּמְנוּ
Deut. 2. ℣. 14. Vſq; conſumi totam generationem virorum prælij &c. עַד־תֹּם
Ieſ. 18. ℣. 5. Quia ante meſſem quum fuerit conſumptus flos. כְּתָם־
Deut. 31. ℣. vlt. Et loquutus eſt Moſe &c. verba cantici huius vſq; conſummare ea. תֻּמָּם
Ier. 27. ℣. 7. Et viſitabo gentem iſtam ait Dominus donec conſumpſero eas &c. תֻּמִּי
In voce paſsiua נָתַם conſumptus eſt, conſummatus eſt. Legitur tantum in futuro.
Ezech. 47. ℣. 12. Non marceſcet folium eius, & non conſumetur fructus eius. יִתֹּם
Gen. 47. ℣. ℣. 15. Et conſumptum eſt argentum de terra Aegypti & Chanaan. וַיִּתֹּם
1. Reg. 7. ℣. 22. Et conſummatum (.i. perfectum) eſt opus columnarum. וַתִּתֹּם
Eze. 24. ℣. 11. Et effundetur in medio eius immundicia eius, conſumet aduſtio eius. תִּתֹּם
Pſ. 104. ℣. vlt. Conſumentur peccatores de terra, & impij amplius non erunt. יִתַּמּוּ
Mem ſine dages. Deut. 34. ℣. 7. Et conſummati ſunt dies fletus luctus Moſis. וַיִּתְּמוּ
In III. Coniug. הֵתַם couſummauit, conſumpſit.
2. Sam. 20. ℣. 18. Interrogando interrogabunt in Abel, & ſic conſummauerunt. הֵתַמּוּ
Ezech. 22. ℣. 15. Et diſpergam te in terras, & conſumam immundiciem tuam à te. וַהֲתִמּוֹתִי
Dan. 8. ℣. 23. Et in nouiſsimo regni eorum, quum conſumpti fuerint p̃uaricatores. כְּהָתֵם
Ieſ. 33 ℣. 1. Quum conſummaueris (.i. finieris) eſſe vaſtator, deuaſtaberis & tu. כַּהֲתִימְךָ
Ezech. 23. ℣. 01. Multiplica ligna ſuccendendo ignem, conſume (ad integrꝶ) carnem. הָתֵם
Iob 22. ℣. 3 Non vtilitas eſt ſi conſummaueris vias tuas? Eſt reſolutio camez. תַּתֵּם
2. Reg. 22. ℣. 4. Aſcende ad Hilkijahu ſacerdotem magnum, & conſumabit argētū. וְיַתֵּם
In IIII. Coniug. הִתַּמֵּם præſtitit ſe conſummatum vel integrum. Bis tantum.
2. Sam. 22. & Pſ. 18. ℣. 26. Cum viro integro integrum (vel conſūmatum) te reddes. תִּתַּמָּם

Inde nomina.

תָּמִים Integer, perfectus, conſūmatus, im̄aculatus, ἔτυμος verus, rectus &c.
Gen. 6. ℣. 9. Hæ ſunt generationes Noah, Noah vir iuſtus integer fuit &c. תָּמִים
Pſ. 84. ℣. pen. Non ſubtrahet bonum ambulantibus in integro .i. immaculatè. בְּתָמִים
In reg. Iob 36. ℣. 3. Quia certè non ſunt ſcurrilitas verba mea, integer ſcientiaꝶ &c. תְּמִים
Et plur. Leuit. 9. ℣. 2. Cape tibi vitulum &c. & arietem in holocauſtum integros &c. תְּמִימִם
Pro. 1. ℣. 12. Deglutiemus eos vt infernus viuos & integros vt deſcendentes &c. וּתְמִימִים
In reg. Pſ. 119. ℣. 1. Beati integri (.i. immaculati) viæ, qui ambulant in lege Dñi. תְּמִימֵי
תְּמִימָה Integra, perfecta, conſummata, immaculata.
Pſ. 19. ℣. 8. Lex Domini integra conuertens animam, teſtimonium Domini fidele. תְּמִימָה
Et plur. Leuit. 23. ℣. 15. Septem ſabbatha integra .i. perfecta erunt. תְּמִימֹת
תָּם Integer, perfectus, conſummatus, immaculatus.
Iob 1. ℣. 1. Erat vir quidam in terra Vz, Iob nomine, & erat iſte integer & rectus. תָּם
Et plur. Exo. 26. ℣. 24. Et erunt geminati infernè, & ſimul erunt integri. תַּמִּים
תַּמָּה Integra, perfecta, conſummata, immaculata.
Cum affi. Can. 5. ℣. 2. & cap. 6. ℣. 8. Columba mea, integra mea &c. תַּמָּתִי
תֹּם Integritas, perfectio.
Pſ. 25. ℣. pen. Integritas & rectitudo cuſtodient me, & expectaui &c. תֹּם
In reg. Iob 4. ℣. 6. Nonne ex timore tuo prodijt fiducia tua, & ſpes & integritas &c. וְתֹם
Cum Maccaph. Pſ. 101. ℣. 2. Ambulabo in integritate cordis mei. בְּתָם־
Cum affi. Pſ. 26. ℣. pen. Et ego in integritate mea ambulabo. בְּתֻמִּי
תֻּמָּה Integritas, perfectio. In ſtatu abſoluto non reperitur.
Cum affi. Iob 2. ℣. 3 Et adhuc ipſe retinet in integritate ſua &c. בְּתֻמָּתוֹ
In reg. Pro. 11. ℣. 3. Integritas rectorum ducet eos, at deflexio excurrentium &c. תֻּמַּת
תֻּמִּים Integritates, perfectiones, intra pectorale erant duodecim lapides fulgentes, & nomen dei tetragrammaton quæ dicebantur Vrim & Thummim.
Exo. 28. ℣. 31. Et pones ad pectorale iudicij, Vrim & thummim, & erunt &c. הַתֻּמִּים
Neh. 7. ℣. 8. à fine. Donec ſtet ſacerdos ad illuminationes & perfectiones. וְתֻמִּים

Cum affi. Deut. 33. ℣. 8. Et de Leui dixit, perfectiones tuæ & illuminationes tuæ. תֻּמֶּיךָ

מְתֹם Integritas, integrum. Bis tantum reperitur.
Pſ. 38. ℣. 4. & 8. Non eſt integritas in carne mea à facie indignationis tuæ. מְתֹם
Ieſ. 1. ℣. 6. A planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo integrum quiddam. מְתֹם

תָּמָר Palma, arbor comoſa & denſa, nonnunq; pro denſitate ponitur. Cognationem habet cum מָרָה & מָרַר amarus fuit, nam ſaporis amari & inſipidi eſt, vel à renitentia & rebellione, quod in diuerſum nitatur, nec cedat oneri. Hinc θαμυνίζω condenſo, congrego in denſitatem inſtar palmæ arboris, θάμυνες congregatio. Et latinum per metatheſin termes, nam Gellius termitem appellat palmæ ramum cum fructu auulſum, Et notandus mos antiquorum qui olim in diuiſione agrorum ramum ex arbore palma decerptum cum fructibus pro termino figere ſolebant.
Pſ. 92. ℣. 13. Iuſtus vt palma florebit, & vt cedrus in libanon procreſcet. כַּתָּמָר
Can. 7. ℣. 8. Hæc ſtatura tua ſimilis eſt palmæ, & mammæ tuæ botris. לְתָמָר
Et plur. Exo. 15. ℣. vlt. Et ibi erant duodecim fontes aquarum & 70. palmæ. תְּמָרִים
Inuenitur & Can. 7. ℣. 9. Leu. 23. ℣. 39. Nu. 33. ℣. 9. Deut. 34. ℣. 3. Iud. 1. ℣. 16. ca. 4. ℣. 5.

תֹּמֶר Palma, arbor denſa. Legitur tantum ſemel in hac forma.
Iud. 4. ℣. 25. Et ipſa (Debora) ſedebat (.i. habitabat) ſub palma. תֹּמֶר

תִּמֹרִים Palmæ artificiales vel pictæ in parietibus & in alijs materijs.
2. Par. 3. ℣. 5. Et texit eum auro bono, & addidit illi palmas & catenas. תִּמֹרִים
Ezech. 40. ℣. 15. Et ad frontiſpicium palmæ erant (ſculptæ ad ornatum) תִּמֹרִים
Cum affi. Ezech. 40. ℣. 21. Et feneſtræ eius & fornices eius & palmæ eius. וְתִמֹרָיו
Legitur præterea tantum Eze. 40. ℣. 27. 30. 33 cap. 41. ℣. 18. 20. 25. 26. cap. 40. ℣. 22.

תִּמֹרָה Palma artificialis & picta ad ornatum, item pro denſitate palmarum.
Eze. 41. ℣. 18. Et palma erat inter Cherub & Cherub, & duæ facies erant. וְתִמֹרָה
Et ℣. 19. Et vultus hominis ad palmam hinc, & facies hominis ad palmam illinc. הַתִּמֹרָה
Et plur. 1. Reg. 6. ℣. 29. Et palmas & apertiones florum (exculpſit) וְתִמּוֹרוֹת
In reg. Can. 3. ℣. 6. Quis aſcendet à deſerto ceu palmæ (.i. denſitates) fumi. כְּתִימְרוֹת
Ioel. 3. ℣. 3. Et dabo prodigia in cœlis & in terra, nempe ſanguinem & ignem. &c. וְתִימְרוֹת
Legitur præterea tantum 1. Reg. 6. ℣. 32. 35. 36. Ezech. 41. ℣. 19.

תָּמָר Thamar, proprium nomen nurus Iudæ, quam ipſe temerauit. Hinc temero.
Gen. 38. ℣. 6. Et accepit Iuda vxorē ipſi Er primogenito ſuo cuius nomen erat Thamar. תָּמָר

תָּנָה Donauit, donis aut mercede conduxit, tribuit donaria. Cognationem habet cum נָתַן dedit. Hinc ἐδνόω dotauit, δανείζω mutuo do, δανείζομαι mutuor, δάνειον mutuum, Item δανειστής daniſta, & dono, as are, donum, θοινάω conuiuor.
In I. Coniug. תָּנָה conduxit donis. Semel tantum legitur.
Oſe. 8. ℣. 10. Etiam quod conduxerunt in gentibus, nunc congregabo eos. יִתְנוּ
In II. Coniug. תִּנָּה dono dedit, donauit. Bis legitur.
Iud. 11. ℣. vlt. Ibant filiæ Iſrael ad donandum filiæ (vel ad lamentandum) לְתַנּוֹת
Iud. 5. ℣. 11. Ibi donabunt (vel diſtribuent) iuſticias Domini, iuſticias villæ ꝛc. יְתַנּוּ
In III. Coniug. הִתְנָה conduxit donis. Semel reperitur.
Oſe 8. ℣. 9. Ephraimitæ mercede (vel donis) conduxerunt amatores .i. confœderatos. הִתְנוּ

Inde nomina.

אֶתְנָה Merces, donum mercedis, θοίνη conuiuium. Legitur tantum ſemel in Biblijs, vt,
Oſe, 2. ℣. 13. Et deſolabo vitem eius & ficum eius de quibus dixerunt donum mihi. אֶתְנָה

אֶתְנַן Merces, quæ magis dici poteſt donū meretriciū, aliquando honeſtius vſurpat.
Eze. 16. ℣. 31. Nam fuiſti vt meretrix ſubſannando mercedem (vt exiguam) אֶתְנַן
Et ℣. 34. Quum tu des mercedem, & merces non eſt data tibi. אֶתְנַן
In reg. Deut. 23. ℣. 19. Non inferas mercedem meretricis ꝛc. in domum Domini ꝛc. אֶתְנַן
Cum affi. Ieſ. 23. ℣. vlt. Et erit negociatio eius, & merces eius ſanctitas. וְאֶתְנַנָּהּ
Et plur. cum affi. Michæ 1. ℣. 7. Et omnes mercedes eius comburentur igni. אֶתְנַנֶּיהָ
Legitur præterea tantum Ieſ. 23. ℣. 17. Ezech. 16. ℣. 40. Oſe. 9. ℣. 1. Michæ 1. ℣. 7.

תְּנוּךְ Cartilago, pars auris tenerior. Hinc Græci per inuerſionem radicis acceperunt χόνδρος .i. cartilago. Legitur tantum in ſequentibus locis, vt:
Exo. 29. ℣. 20. Et pones ſuper cartilaginem auris Aharon, &c.
Leuit. 14. ℣. 14. 17. 25. 28. Et ponet ſacerdos ſuper cartilaginem mundantis ſeſe. תְּנוּךְ
Leuit. 8. ℣. 23. Et poſuit ſuper cartilaginem Aharonis dextræ. תְּנוּךְ
Et ℣ſu 24. Et poſuit Moſe de ſanguine ſuper cartilaginem auris eorum dextræ. תְּנוּךְ תְּנוּךְ

תַּנִּין Serpens coluber, & vſurpatur quoqꝫ de ſerpente marino quem draconem aut cetum vocant, vt ſunt animalia illa oblonga in mari, quæ præ ſe ferunt formam ſerpentis. Hinc Græci acceperunt τινία vipera, ſerpens, & Thynni, quod Plinius libro 9. cap. 3. tradat eos magnitudine balænis & cæteris piſcibus antecellere, item θύννος thunnus.
Exo. 7. ℣. 11. Baculum tuum proijce coram Pharaone, & fiet in ſerpentem. לְתַנִּין
Et ℣ſu 12. Et proiecit Aharon baculum ſuum ꝛc. & factus eſt coluber. לְתַנִּין
Iob 7. ℣. 12. Num mare ego ſum, aut draco, quod ponas mihi cuſtodiam. תַּנִּין
Ieſ. 27. ℣. 1. Et occidet draconem (ſiue cetum) qui eſt in mari. הַתַּנִּין
Ezec. 29. ℣. 3. Ecce ego ad te, Pharao rex Aegypti draco magne ם pro ן eſt. הַתַּנִּים
Et plur. Deut. 32. ℣. 33. Toxicum (venenum) ſerpentum eſt vinum eorum. תַּנִּינִם
Gen. 1. ℣. 21. Et creauit Deus cetos magnos, & omnem animam viuentem. הַתַּנִּינִם
Pſ. 74. ℣. 13. Contriuiſti capita draconum (ſiue cetorum) in aquis. תַּנִּינִים

תַּן Draco, Eſt defectiuum in media radicali. Legitur tantum pluraliter & ſæpius.
Pſ. 44. ℣. 20. Contudiſti nos in loco draconum .i. in regione hominum crudelium. תַּנִּים
Iob 30. ℣. antep. Fui frater draconum (emittendo vocem lugubrem) לְתַנִּים
Sic quoqꝫ Ieſ. 13. ℣. vlt. cap. 43. ℣. 20. Ier. 9. ℣. 11. cap. 10. ℣. 4. à fine.

תַּנָּה Draco, nomen fœmininum, quod ſemel tantum reperitur.
Plur. Mal. 1. ℣. 3. Et hæreditatem eius draconibus deſerti (dedi) לְתַנּוֹת

תַּנּוּר Clibanus, Caminus, focus, furnus, vbi fouentur carbones ad calefaciendum et pinſendum. Cognationem habet cum נֵר lucerna. Hinc per metatheſin literarum ἄνθραξ carbo, ἀνθράκιον caminus, ἀνθρακόω in carbones muto, ἀνθρακίζω exuro, aſſo &c.
Ieſ. 31. ℣. vlt. Cui lumen eſt in Zion & clibanus ei in Ieruſalem. וְתַנּוּר
In reg. Gen. 15. ℣. 17. Et ecce furnus fumi, & lampas ignis &c. תַּנּוּר
Et plur. Nehe. 12. ℣. 38. Et media pars populi erat ꝛc. ſuper turri furnorum. הַתַּנּוּרִים
Cum affi. Exo. 7. ℣. vlt. Et in furnos tuos, & in conſperſiones tuas (.i. paſtas tuas.) וּבְתַנּוּרֶיךָ
Item Leui. 2. ℣. 4. cap. 6. ℣. pen. cap. 11. ℣. 35. ca. 26. ℣. 23. Pſ. 21. ℣. 10. Oſe. 7. ℣. 4. 6.

תָּעַב Abominatus eſt tanqꝫ rem putidam ſeu fœdam, abhorruit à re putida. Significationem habet contrariam verbo תָּאַב deſiderauit, optauit, nam abominabile non deſideratur. Hinc per inuerſionem radicis πύθω putrefacio, πύθομαι putreſco, & latinum puteo, puteſco, item fœteo & fœdo, nam omne putidum ſeu fœtidum eſt abominabile, & ab eo abhorret natura. Hinc βδέω pedo, & βδελύττω .i. abominor.
In I. Coniug. paſsiua. נִתְעַב abominabilis fuit, putidus eſt factus. Ter extat.
1. Par. 21. ℣. 6. Quia abominabile erat verbum regis ipſi Ioab .i. diſplicuit illi. נִתְעַב
Iob. 15. ℣. 16. Quando magis abominabilis & reprobatus vir bibens &c. נִתְעָב
Ieſ. 14. ℣. 19. At tu abiectus es de ſepulchro tuo vt ſurculus putidus .i. abominabilis. נִתְעָב
In II. Coniug. תִּעֵב & תָּעֵב abominatus eſt rem putidam, fœdauit &c.
Iob 9. ℣. 5. à fine. Si in foueam immerſeris me, & fœdabunt me veſtimenta mea. וְתִעֲבוּנִי
Et cap. 19. ℣. 19. Abominati ſunt me omnes viri ſecreti conſilij mei ꝛc. תִּעֲבוּנִי
Ieſ. 49. ℣. 7. Contemnenti animam & abominanti gentem (vel abominabili genti) מְתָעֵב
Michæ 3. ℣. 9. Qui abominantur iudicium & omne rectum peruertunt. הַמְתַעֲבִים
Deut. 7. ℣. vlt. Eexecrando execraberis illud, & abominando abominaberis illud. וְתַעֵב
Pſ. 119. in Schin. Scurrilitatem odi & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi. וָאֲתַעֵבָה
Deut. 23. ℣. 7. Non abominaberis Edomæum quia frater tuus eſt &c. תְתַעֵב
Pſ. 5. ℣. 7. Virum ſanguinolentum & doloſum abominabitur Dominus. יְתָעֵב
Iob 30. ℣. 10. Pſ. 106. ℣. 40. & 1. Reg. 21. ℣. 26. Amos 5. ℣. 10. Ezech. 16. ℣. 25.
In III. Con. הִתְעִיב fecit abominandũ, defœdauit. Bis legit.

Pſ.14.℣.1.et Pſ.53.℣.2.Corruptè egerũt,abominabile fecerũt(.i.defœdauerũt)opus. הִתְעִיבוּ
1.Reg.21.℣.5.à fine.Et abominabiliter fecit valde ad eundum poſt idola. וַיַּתְעֵב

Inde nomen.

תּוֹעֵבָה Abominatio,res abominabilis & fœda,putor, fœtor.
Deut.14.℣.3.Non comedes vllam abominationem .i. cibum abominabilem. תּוֹעֵבָה
In regim.Pro.17.℣.15.Iuſtificans impium et condemnans iuſtum abomina: Dñi eſt. תּוֹעֲבַת
Et plur.Pſ.88.℣.9.Elongaſti notos à me, poſuiſti me abominationes illis. תוֹעֵבוֹת
In reg.Deut.18.℣.9. Non diſces facere ſecundum abominationes gentium illarum. כְּתוֹעֲבֹת
Cum affi.2.Par.36.℣.8.Reliqua verba Iehoiakim & abominationes eius. וְתוֹעֲבֹתָיו
Sic Ge.43.℣.32.Deu.13.℣.14.Ieſ.44.℣.19.Leu.18.℣.26. Deu.32.℣.16.&c.

תָּעָה Errauit,aberrauit,deerrauit,oberrauit,idem quod טָעָה. Hinc Græcis eſt τάω quod vſitatius in compoſitione vſurpatur περιτάω erro , θέω curro, περιθέω oberro.
In I.Coniug.תָּעָה errauit,oberrauit. Aliquoties reperitur.
Ieſ.21.℣.4.Errauit(.i.palpitauit)cor meum,percuſſio exterruit me. תָּעָה
Pſ.119.in Thau.Erraui vt ouis quæ it perditum,quære ſeruum tuum. תָּעִיתִי
Gen.37.℣.15.Et inueniebat eum vir, & ecce errabat in campo. תֹּעֶה
Ezech.44.℣.15.Cum errarent filij Iſrael à me,ipſi(Leuitæ)appropinquabant. בִּתְעוֹת
Pro.14.℣.22.An non errabunt(.i.fruſtrabuntur) qui machinantur malum. יִתְעוּ
Pro.7.antep.Ne declinet ad vias eius cor tuum,ne erres in vijs eius. אַל־תֵּתַע
In voce paſsiua נִתְעָה factus eſt errare,ſeductus eſt. Bis tantum reperitur.
Iob 15.℣.5.à fine.Non credet in vanitatem ,qui (antea)ſeductus fuit. נִתְעָה
Ieſ.19.℣.14.Perinde ac ebrius errore circumagitur in vomitu ſuo. כְּהִתָּעוֹת
In III. Coniug.הִתְעָה fecit errare,ſeduxit,& abſolutè errauit. Sæpe habetur.
Ieſ.19.℣.13.& 14.Fecerunt errare Aegyptum angularem baculorum eius. הִתְעוּ
Pro.10.℣.17.Qui deſerit(vel relinquit)increpationem,eſt errans (vel erro) מַתְעֶה
Ieſ.63.℣.17.Ad quid facies(.i.ſines)nos errare Domine à vijs tuis. תַתְעֵנוּ
Ier.23.℣.13.& 31. Et fecerunt errare(.i.ſeduxerunt)populum meum. וַיַּתְעוּ
In II. Coniug.per geminationem radicalium תִּעְתַּע ſeduxit. Semel reperitur.
Gen.27.℣.12 Et ero in oculis eius tanqꝫ is qui errare facit aliquem (inſidijs) כִּמְתַעְתֵּעַ
In IIII. Coniug. הִתַּעְתֵּעַ fecit ſe errare , ſeduxit ſeipſum. Semel habetur.
2.Par.36.℣.16.Et ſe faciebant ſeducere prophetas eius.i.illudebant prophetis eius. וּמִתַּעְתְּעִים

Inde nomina.

תּוֹעָה Error. Semel tantum reperitur in ſacris Biblijs.
Ieſ.32.℣.6.Ad faciendum ſimulationem,& ad loquendum de Iehoua errorem. תּוֹעָה
תַּעְתֻּעִים Errores. Bis legitur in Biblijs ſacris,vt,
Ier.10.℣.15.& cap.51.℣.18.Vanitas ſunt ipſi, & ſunt opus errorum &c. תַּעְתֻּעִים

תַּעַר Nouacula, culter, inſtrumentum ferreum quo aliquid ſcinditur, & per ſynecdochen accipitur pro vagina quæ continet nouaculam ſeu cultrum. Hinc Græci acceperunt θερίζω meto, demeto, abſcindo fruges vel ſegetes, θεριστής meſſor, θέρος, θερισμός meſsis, θέρεια æſtas, tempus meſsis. Et German. mutato ת in ſch ſcheer/ ſchermeſſer/θέριστρον falx,
Num.6.℣.5.Nouacula non tranſibit ſuper caput eius.i.non radet caput. תַּעַר
Et cap.8.℣.7.Et traducant nouaculam per omnem carnem ſuam ꝛc. תַּעַר
Pſ.52.℣.4.Perinde vt nouacula exacuata faciens dolum.i. aberrans petendo iugulũ. כְּתַעַר
In reg.Ieſ.7.℣.20.In die illo radet Dominus nouacula conductionis &c. בְּתַעַר
Ier.36.℣.22.Et conſcidit illud (volumen)cultro ſcribæ.i.ſcriptorio. בְּתַעַר
Ezech.5.℣.1.Et tu fili hominis ſume tibi gladium acutum,nouaculam tonſorum. תַּעַר
In reliquis omnibus locis accipitur pro vagina,& ſemper cum affixis vſurpatur.
1.Sam.17.℣.52.Et accepit gladium eius,& eduxit eum è vagina ſua. מִתַּעְרָהּ
Ier.47.℣.antep.O mucro ꝛc. quouſqꝫ non colligeris ad vaginam tuam? תַּעְרֵךְ
Præterea legitur tantum Ezech.21.℣.8.9.10.& ℣.antep.item 2.Sam.20.℣.8.

תַּפּוּחַ Malus arbor, & in plurali mala, ſunt fructus ſpirantes & odoriferi.Ideoqꝫ cognationem habet cum פּוּחַ ſpirauit, flauit, nam mala odorifera reſpiratione̅ & recreationem dant.Sexies reperitur in Biblijs ſacris,vt, Cant.2.

Can.2.℣.3.Qualis eſt malus inter arbores ſyluæ.i.inter ſylueſtres. תַּפּוּחַ
Et cap.8.℣.5.Quæ eſt illa quæ aſcendit à deſerto &c.ſub malo(arbore)excitaui te. הַתַּפּוּחַ
Ioel 1.℣.12.Quin & palma & malus,omnesq́ arbores campi exaruerunt. וְתַפּוּחַ
Et plur.Can.7.℣.9.Odor naſi tui eſt inſtar malorum .i.pomorum fructuum. כַּתַּפּוּחִים
Et cap.2.℣.5.Subſternite me malis,quia infirma ſum dilectione. בַּתַּפּוּחִים
In reg.Pro.25.℣.11.Poma auri in vaſis argenti, eſt verbum prolatum tempeſtiuè. תַּפּוּחֵי

תָּפֵל Inconditum,inſulſum,inſipidum,ineptum,ſtolidum. Hinc Gręci per metatheſin literarum acceperunt φλέδων ineptus,ſtolidus, φλεδονέω ineptè garrio, & fortaſſe etiam τυφλὸς cœcus, τυφλόω excœco, & germanicum dölpe/dölpel. Item Talpa.
Thren.2.℣.14.Prophetæ tui viderunt tibi vana & inſulſum(vel ineptum) וְתָפֵל
Iob 6.℣.6.Num comedetur inſulſum abſq́ ſale, aut eſt ſapor in ſaliua albuminis? תָּפֵל
Ezech.13.℣.10.Incruſtabant ipſum(parietem)inepto.i.friabili luto. תָּפֵל
Legitur præterea tantum. Ezech.13.℣.11.13.15.& cap.22.℣.4.à fine.

תִּפְלָה Ineptum,ſtoliditas,inconditum,inſulſum,ſtulticia. Ter legitur.
Iob 1.℣.vlt.In his omnibus non peccauit Iob, & non dedit ſtulticiam Deo. תִּפְלָה
Cap.24.℣.12.At Deus non ponet ineptum quiddam.i.nihil agit ineptè. תִּפְלָה
Ier.23.℣.13.Et in prophetis Samariæ vidi ſtoliditatem. Hier. fatuitatem. תִּפְלָה

תָּפַף Pulſauit,percuſsit,tympanizauit. Cognationem habet cum טָפַף ſupploſit. Hinc Græci τύπτω, τυπέω, τυπάζω percutio, τυπή percuſsio,plaga, τυπὰς malleus. Et interpoſita litera eiuſdem inſtrumenti pro Pe ſecunda radicali τυμπανίζω tympanum percutio, τυμβεύω ſepelio, nam olim in ſepultura fiebat tympanorum pulſus, τύμβος tymba.

In I. Coniug. תָּפַף percuſsit,tympanizauit. Legitur tantum ſemel, vt:
Pſ.68.℣.26. Præceſſerũt cantores,poſtea ludentes in medio puellarũ tympanizãtiũ. תּוֹפֵפוֹת

In II. Coniug. ad formam defectiuorum ainpoal תּוֹפֵף percuſsit. Semel.
Nahum 2.℣.7 Et ancillæ eius producunt(vocem)inſtar vocis columbarum,et percutiunt ſuper cor ſuum(præ lamento,iuxta illud Luc.18. ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ. מְתֹפְפוֹת

Inde nomen.

תֹּף Tympanum à pulſando vel tympanizando. Hinc τύμπανον.
Pſ.81.℣.3.Extollite canticum,& date tympanum. Gręci ϗ δότε τύμπανον. תֹף
Exod.15.℣.20.Et accepit Miriam Prophetis ſoror Aharonis tympanum in manum. הַתֹּף
Et plur.ibid.Et egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris. בְּתֻפִּים
Cum affixo.Ier.31.℣.4.Adhuc ornaberis tympanis tuis & egredieris in Choro. תֻפַּיִךְ
Item rep.Gen.31.℣.27.Iud.11.℣.34.1.Sam.10.℣.6.cap.18.℣.6.Ieſ.5.℣.12.cap.24.℣.8.

תָּפַר Suit,conſuit,adſuit,inſuit. Cognat. habet cum רָפָא ſanauit,nam ſanare eſt conſuere vulnera. Hinc per inuerſionẽ radicis ῥάπτω.i.ſuo,conſuo, ῥαπτὴς ſutor, ῥαπτὸς ſutilis.

In I. Coniug. תָּפַר ſuit,conſuit. Ter tantum in Biblijs extat. (ἔῤῥαψα.
Iob 16.℣.15.Saccum conſui ſup̃ cutẽ meam, & dehoneſtaui in puluerẽ cornu meũ. תָּפַרְתִּי
Eccleſ.3.℣.7.Eſt tempus rumpendi & tempus conſuendi.καιρὸς τοῦ ῥάψαι. לִתְפּוֹר
Gen.3.℣.8.Et conſuerunt folia ficus,& fecerunt ſibi ſuccinctoria. ϗ ἔῤῥαψαν. וַיִּתְפְּרוּ

In II. Coniug. תִּפֵּר conſuit diligentiſsimè. Semel reperitur in Biblijs,vt:
Ezech.13.℣.18.Væ conſuentibus puluinos ſuper omnes axillas. לִמְתַפְּרוֹת

תָּפַשׂ Apprehendit,cõprehendit,deprehendit manibus,dep̃hendendo treꝯctauit. Hinc δέψω, δεψέω depſo .i. manibus aliquid apprehenſum mollio,& per aphæreſin,Germanicum faſſen.

In I. Con. תָּפַשׂ apprehendit,comprehendit. Regit accuſat. vel præpoſit. בְּ.
2.Reg.14.℣.13.Et Amaziahu regem Iuda &c. comprehendit Iehoas rex Iſrael. תָּפַשׂ
Deut.22 ℣.antep.Et comprehenderit eam & concubuerit cum ea, & inuenientur. וּתְפָשָׂהּ
Gen.4.℣.21.Iubal qui fuit pater omnis contrectantis citharam & fides. תֹּפֵשׂ
Habac.2.℣.pen.Ecce ipſe eſt comprehenſus(.i.obductus) auro & argento. תָּפוּשׂ
Ier.34.℣.3. Et tu non liberaberis à manu eius, ſed comprehendẽdo cõprehenderis. תִּפָּשׂ

Ezech.21.℣.16. Et dedit eum (gladiũ) ad expoliendum, ad cõprehendendũ manu. לִתְפֹּשׂ
1.Sam.23.℣.antep. Viri eius cingebant Dauidem & milites eius ad compreh. eos. לְתָפְשָׂם
1.Reg.13.℣.4. Et dixit, Apprehendite eum, & exaruit manus eius ꝙ emiſerat ꝛc. תִּפְשֻׂהוּ
Deut.9.℣.18. Et apprehendi duas tabulas, & abieci eas ex duabus manibus. וָאֶתְפֹּשׂ
Ieſ.3.℣.6. Nam apprehendet quiſq; proximum ſuum domus patris ſui. יִתְפֹּשׂ
In voce paſsiui נִתְפַּשׂ captus eſt, apprehenſus eſt, occupatus eſt.
Ezech.12.℣.13. Et expandam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagena mea, וְנִתְפַּשׂ
Iere.50.℣.24. Inuenta es atq; comprehenſa es, quia Dominum prouocaſti. נִתְפַּשְׂתְּ
Ezech.21.℣.28. Et ipſe recordatur iniquitatis ad apprehendendum .i. vt capiatur. לְהִתָּפֵשׂ
Ier.38.℣.6. à fine. Sed per manum regis Babel capieris, & ciuitas hæc comburetur. תִּתָּפֵשׂ
Pſ.10.℣.2. Comprehendentur in præſumptionibus quas excogitauerunt. יִתָּפְשׂוּ
In II. Coniug. תִּפֵּשׂ contrectauit. Legitur tantum ſemel in Biblijs, vt:
Pro.30.℣.28. Simia (vel iuxta nonnullos araneus) manibus contrectabit, & ipſa eſt. תְּתַפֵּשׂ

תֹּפֶת Thophet, locus in Gehenna .i. in valle Hinnom prope Ieruſalem vbi cõcremabantur liberi ipſi Molech. Et per metaphoram pro tartaro, perinde vt et Gehenna accipi ſolet. Cognationem habet cum תָּפַף pulſauit tympanum, nam quando liberi idolis comburebantur, adhibebatur tympanorum pulſus, ne illorum clamor audiret, &c. Hinc τύφω incendo, τύφομαι fumigo, comburo. & τύπτω tympãũ ꝑcutio ꝛc.
2.Re.23.℣.11. Et prophanauit Topheth quod erat in valle Hinnon. תֹּפֶת
Iob.17.℣.6. Et conſtituit me in parabolam populorum, & tartarus ero coram illis. וְתֹפֶת
Ier.7.℣.4. à fine. Et ædificauerunt excelſa Topheth quæ eſt in valle &c. הַתֹּפֶת
Et ℣ſu antep. Et non dicetur amplius Topheth. & vallis filij Hinnom. הַתֹּפֶת
Præterea inuenitur tantum. Ier.19.℣.6.11.12.13.14.
תָּפְתֶּה Tophte, tartarus, locus tartareus. Componitur ex תֹּפֶת tophet, & פָּתָה dilatauit ſeu perſuaſit, nam latum eſt Tophet, & multos poteſt capere vt ſequitur.
Ieſ.30.℣.vlt. Præparatum eſt præterea iam olim Tophet (.i. tartarus) hoc etiam regi præparatum eſt, profundum & latum (ſeu amplum) fecit penetrale eius. תָּפְתֶּה

תָּקַן Directus eſt, rectificatus eſt, rectà tedendit, correctus eſt, emendauit correxit Cognationem habet cum תָּכַן .i. rectè diſpoſuit. hinc per ſyncopen ἐυθυώω rectifico.
In II. Coniug. תָּקַן directus eſt. Legitur tantum ſemel.
Eccle.1.℣.15. Curuum non poterit dirigi .i. non poterit fieri rectum. לִתְקֹן
In II. Coniug. תִּקֵּן direxit, correxit. Bis reperitur.
Eccle.12.℣.9. Et auribus percepit ꝛc. direxit (.i. compoſuit) parabolas multas. תִּקֵּן
Et cap.7.℣.15. Vide opus Dei, nam quis poterit rectificare quod ipſe deprauauit. לְתַקֵּן

תָּקַע Fixit, impreſsit, & quando conſtruitur cum הַצֹּצְרָה buccina, aut שׁוֹפָר tuba aut cornu, ſignificat clangere, increpare, claſsicum canere, nam imprimere ſpiritum in tubam eſt clangere, perſonare, comprimere, figere.
In I. Coniug. תָּקַע fixit, conſtruitur cum actõ, & abſo; & cum ב eſt clangere.
Gen.31.℣.25. Et Iacob fixit tabernaculum ſuum in montem, at Laban fixit &c. תָּקַע
Ieſ.22.℣.antep. Et figam eum clauum in loco fideli .i. firmo. וּתְקַעְתִּיו
Pro.17.℣.18. Homo qui eſt deficiens corde in loco fideli .i. firmo. תֹּקֵעַ
Ieſ.22.℣.vlt. In die illo Dominus Zebaoth, recedet clauus fixus in loco fideli. הַתְּקוּעָה
Ioſ.6.℣.13. Extremum agmen ibat poſt arcam eundo & clangendo cornibus. וְתָקוֹעַ
Iud.7.℣.20. Et in manu dextera eorum erant tubę ad clangendum. לִתְקוֹעַ
Pſal.47.℣.2. Omnes populi figite (vel clangite hoc eſt plaudite) manu iubilate. תִּקְעוּ
2.Sam.2.℣.28. Et clanxit Ioab cornu, & ſteterunt omnes populi ꝛc. יִתְקַע
Nume.10.℣.8. Et filij Aharonis qui ſunt ſacerdotes clangent buccinis. וַתִּתְקַע
Iud.4.℣.à fine. Et transfixit clauum per tempora eius, & depegit in terram. יִתְקְעוּ
Exo.10.℣.19. Et ſuſtulit eam locuſtam, defixitq; eam in mare carectoſum. וַיִּתְקָעֵהוּ
In voce paſsiua. נִתְקַע infixus eſt, ſtipulatus eſt. Legitur tantũ ter in Bliblijs vt:
Iob 17.℣.3. Quis eſt ille qui manui meæ infigetur, .i. qui ſponſionem mecum faciet. יִתָּקֵעַ

Ieſ.27.℣.vlt.Et erit in die illa clangetur cornu magno,& venient ꝛc. יִתָּקַע
Amos 3.℣.6.Num clanget cornu in ciuitate, vt populus non paueſcat. יִתָּקַע
Inde nomina.
תֵּקַע Clangor. Legitur tantum ſemel vſurpatum in Biblijs ſacris, vt:
In reg.Pſ.150.℣.3.Laudate eum in clangore tubæ,laudate eum in Nablo ꝛc. בְּתֵקַע
תָּקוֹעַ Clangor,tuba quæ clangorem emittit. Semel tantum extat.
Ezech.7.℣.13.Clanxerunt tuba(vel clangore)parando omnia ꝛc. בַתָּקוֹעַ
תְּקוֹעַ Thekoa, oppidum non procul à Bethlehem.
Amos 1.℣.1.Verba Amos qui fuit inter paſtores de Thekoa. מִתְּקוֹעַ

תָּקַף Præualuit,inuaſit aliquem magna fortitudine,exeruit robur ſuum. Hinc eſt græcum πυκτεύω pugno,πύκτης pugil, & germanicum fechten/ per inuerſionem radicis, item macht conuerſo ף in m. &c.
In I. Coniug.תָּקַף præualuit in pugna,ter vſurpatur in Biblijs,vt:
Iob 14.℣.antepen.Præualebis ei(.i.inuades eum)aſſiduè vt abeat. ὤσας αὐτὸν. תִּתְקְפֵהוּ
Et c.15.℣.24.Tribulatio & anguſtia inuadet eum, ſicut regẽ ſtipatũ cohorte. καθέξει. תִּתְקְפֵהוּ
Eccleſ.4.℣.12.Etſi inuaſerit eũ vnus duo reſiſtent ei.ἐπικραταιωθῇ. יִתְקְפוֹ
Inde nomina.
תַּקִּיף Præualidus,fortior. Reperitur tantum ſemel vſurpatum in Biblijs.
Eccleſ.6.℣.10.Et non poterit contendere cum illo qui eſt fortior eo. μετὰ τοῦ ἰσχυροτέρου. שֶׁהַתַּקִּיף
Eſt duplex lectio,cum ה demonſtratiuo vel abſq; eo.
תֹּקֶף Fortitudo,robur,potentia eine macht/Ter extat in Biblijs,vt:
Eſther 9.℣.30.Et ſcripſit Eſther omnem potentiam(bellicam) στερέωμα. תֹּקֶף
In reg.Dan.11.℣.17.Et ponet faciem ſuam vt veniret in potentia totius regni ſui. ἐν (ἰσχύϊ. בְּתֹקֶף
Cum affi.Eſther 10.℣.2.Et omne opus potentiæ tuæ. τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ. תָּקְפּוֹ
תִּרְזָה Pinus,genus arboris. De hoc vide radicem בְרָזָה:

תֹּרֶן Malus nauis,arbor excelſa à qua velum dependet, & in qua nauta conſcendit ad circumſpiciendum. Hinc θρᾶνος ſedes in naui, θρανεύω extendo velum, θρανίτης remex,qui in puppi trimeris ſedet. Item per metaphoram θρόνος thronus. Item Germanicum Thurn/ædificium altum inſtar turris. Et quia malus in naui eſt exculptus ac è laboratus opere tornatili,hinc eſt τορνεύω ſculpo, τόρνος tornus, τορνόω circumſcribo aliquid circulo.
Ezech.27.℣.5.Cedrum de Libanon acceperunt vt facerent malum contra te. תֹּרֶן
Ieſ.30.℣.17.Donec relinquamini vt malus in vertice montis. כַּתֹּרֶן
Ieſ..33.℣.pen.Rudentes tui laxati ſunt, vt nec fortificent malum ſuum. תָּרְנָם

תְּרָף Legitur tantum pluraliter תְּרָפִים Teraphim ſunt ſimulachra ſiue ſacra ſiue idolatrica,item pro cultu diuino qui exhibetur vero Deo,ſiue idolo. Hinc Græci acceperunt θεραπεύω colo Deos, vnde Heſiodus: οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν ἤθελον.i.neq; immortales colere volebant, θεράπων, θέραψ ſeruus,famulus,qui colit aliquem, θεραπίς cultrix, θεραπαινίς ancilla. Deinde idola iſta apud gentes conſulebantur quoq; de valetudine. Hinc θεραπεύω etiam ſignificat medeor, θεραπεία medela & cultus, θεράπευμα cultus.
Gen.31.℣.19.Et furata eſt Rachel ſimulacra quæ erant patris ſui. הַתְּרָפִים
Ezech 21.℣.26.Stetit rex Babel ad biuium &c. conſuluit ſimulachra. בַּתְּרָפִים
Oſe.3.℣.4.Sedebunt filij Iſrael ſine rege ꝛc. ſine Ephod,ſine ſimulachris. תְרָפִים
Iud.17.℣.5.Et apud virum Micha erat ædes ſacra,& fecit Ephod & theraphim. וּתְרָפִים
Item legitur Ge.31.℣.34.35.Iud.18.℣.14.17.18.20.Item 1.Sam.15.℣.22.cap.19.℣.13.16.

תִּרְצָה Thirſa,ciuitas pulchra in alto monte ſita, qua pro regia vſi ſunt reges Iſrael ante conditam Samariam.
Cant.6.℣.4.Formoſa eſt anima mea vt Thirſa & amabilis vt Ieruſalem. כְּתִרְצָה
1.Reg.14.℣.1.Regnauit Baeſa filius Ahija ſuper omnem Iſrael in Thirza. בְּתִרְצָה
Cum He locale.1.Re.14.℣.17.Et ſurrexit vxor Ieroboã & abijt atq; venit in Thirſa. תִּרְצָתָה

Muſtum

תִּירוֹשׁ Muſtum recens quod adhuc feruet, punctatur ad formam קִיטוֹר à radice inuſitata תָּרַשׁ & habet cognationem cum תִּשְׁרִי.i.September, menſis ſeptimus, in quo colligitur muſtum. Hinc Germ. druſter ſunt vuæ expreſſæ.
Michæ.6.℣.pen. Tu calcabis oliuã & nõ vngeris oleo, & muſtũ, ſed nõ bibes vinũ. וְתִירוֹשׁ
Oſeæ 4.℣.9. Fornicatio & vinum & muſtum auferunt cor. וְתִירוֹשׁ
Cum affix. Deut.7.℣.13. Et benedicet &c. frumento tuo, & muſto tuo, & oleo tuo. וְתִירוֹשְׁךָ
Pſ.4.℣.pen. Dediſti læticiam in cor meũ maiorem tempore frumenti & muſti eorũ. וְתִירוֹשָׁם
Item Gen.27.℣.28.37. Num.18.℣.12. Deut.11.℣.14. cap.12.℣.17. cap.14.℣.23. &c.

תַּרְשִׁישׁ Tharſis, nomen filij Iauan, à quo deinde terra ſeu regio quam ipſe incoluit nominari cœpit, ibiq; eſt mare altum quod mediterraneum ſeu Oceanus vocatur, in quo vehuntur naues magnæ vt tranſeant in Ophir pro auro & lapidibus precioſis, hinc etiam pro mari ſumitur, item pro auro Ophirico ſeu obryzo, & tandem pro gemmis ſeu lapidibus hyacinthi.
Gen.10.℣.4. Et filij Iauan erant Eliſa & Tharſis, Kitthim & Dodanim. וְתַרְשִׁישׁ
Pſ.48.℣.8. Vento orientali confringes naues Tharſis .i. naues marinas. תַּרְשִׁישׁ
1.Reg.22.℣.6. à fine. Ioſaphat decem fecit naues Tharſis vt irent in Ophir pro auro. תַּרְשִׁישׁ
Exo.28.℣.21. & ca.39.℣.13. Et ordo quartus eſt. Tharſis (.i. hyacinthus) & onyx &c. תַּרְשִׁישׁ
Pſ.72.℣.10. Reges Tharſis & inſulæ munera afferent &c. תַּרְשִׁישׁ

תִּשְׁעָה Nouem, numerus cardinalis maſculini generis, & aliquando ordinali accipitur.
Num.29.℣.26. Quinto die iuuencos nouem, arietes duos, agnos anniculos &c. תִּשְׁעָה
2.Reg.25.℣.3. In nona (die) menſis illius inualuit fames in ciuitate, adeo &c. בְּתִשְׁעָה
Et cum alijs numeris 2.Sam.2.℣.antep. Et deſiderati ſunt &c. nouendecim viri. תִּשְׁעָה עָשָׂר
In reg. Num.34.℣.13. Ad dandum nouem tribubus, & dimidiæ tribui. לְתִשְׁעַת

תֵּשַׁע Nouem, generis fœminini cardinalis numeri.
2.Par.25.℣.2. Viginti & nouem annos regnauit in Ieruſalem. וְתֵשַׁע
Cum alijs numeris. Gen.11.℣.25. Et vixit Nahor &c. nouendecim annos &c. תְּשַׁע עֶשְׂרֵה

תְּשִׁיעִי Nonus, eſt ordinalis & maſculini generis.
2.Par.24.℣.11. Ipſi Ieſua (cedebat ſors) noua, & ipſi Secaniahu decima. הַתְּשִׁעִי
Num.7.℣.60. In die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius &c. הַתְּשִׁיעִי

תְּשִׁיעִית Nona, ordinale fœminini generis.
Leuit.25.℣.22. Et ſeminabitis anno octauo &c. vſq; ad annum nonum. הַתְּשִׁיעִת
Ier.39.℣.1. In anno nono Zidkijahu regis Iudæ, in menſe decimo. הַתְּשִׁיעִית

תִּשְׁעִים Nonaginta, eſt pluralis numeri & vtriuſq; generis.
Gen.17.℣.4. Et Abraham erat filius nonaginta & nouem annorum. תִּשְׁעִים
Gen.5.℣.6. Et vixit Enos nonaginta annos & genuit Kenan. תִּשְׁעִים

תִּשְׁרִי Septemper, menſis ſeptimus, in quo colligitur ſeu exprimitur muſtum. Ideoq; cognationem habet cum תִּירוֹשׁ.i. muſtum.

תּוֹתָח Iaculũ, õne miſſile quod vulnerat ſeu penetrat corpus. Cognationẽ habet cum תַּחַת ſub, & חָתַת proſtrauit, nam hoc genere armorũ proſternebant hoſtes, vt ſubditi eſſe cogerentur: οὐτάω, οὐτάσκω, οὐτάζω vulnero οὔτησις vulneratio.
Legitur tantum ſemel, in Biblijs ſacris vt.
Iob.41.℣.19. Tanq; ſtipula reputabuntur illi iaculum.i. omnia iacula floccipendit. תּוֹתָח

F I N I S.

Pſalm.25.

תֹּם וָיֹשֶׁר יִצְּרוּנִי כִּי קִוִּיתִיךָ׃

VVITEBERGÆ

PER HÆREDES IOHANNIS CRATONIS ANNO

M. D. LXXXVIII.